ne exigit, facillimum est: nihil enim est agilius fide & dulcius amore, quem om̄i  
potens in nobis exquirit, vt deum scilicet & proximum diligamus, proprium no  
stri amorem posthabendo, ac malas affectiones in nobis occidendo. Quamobrē  
introducta est via cōmuniōr atq; facilior, qua mitigaretur ira dei contra hypo  
critas cōcepta, & quæ ad condescensiuā & mediocrem vitā cōtemplatiā homi  
nes adduceret & Christi fidei cōciliaret, vbi locus pateret gratiæ & remissionis.  
Nā forsan iste quartus status representatur p quatuor menses, post quos venit  
Iohan. 4. messis, i. gratia vel remissio quinti status, qui nūc sequitur.

¶ De statu ecclesia remissio: qui est quintus in  
ordine. Cap. XIII.

**Luc. 9. & Io  
han. 6  
1. Reg. 21. &  
c. 25.** §. ca. h. i. fl.  
**T**Urbe itaq; in loco deserto, videlicet in quarto statu, nō inuenerunt es  
cas, ideo Christus fecit discumbere quinq; milia hominum, quos pauit  
quinq; panibus. Similiter David à sacerdote Abimelech petiit quinq; panes. Nec non Abigail vxor Nabal placauit David regē quinq; arie  
tibus coctis, & quinq; satis palentæ, de cuius manu suscepserat David omnia que  
ei attulerat, dicēs ad Abigail: Vade pacifice in domum tuā. Ex his quinque annis  
elicitor quintū ecclesiæ statu esse remissionis & clementia. In eodē autem quinto,  
ac etiam in sequenti sexto statu cōsistit causa & materia plementis collectur. Quā  
obrem eisdē ambobus statibus, q; iam simul cōcurrere videtur, diutius immora  
bor, pluribus capitulis cōportandis.

**Daniel. 2  
Iob. 41  
Psal. 104** §. ca. 6. §. 3.  
& §. ca. 16. §.  
8. ab h̄c vi  
q; ad c. 60  
§. c. 4. §. 8.  
& §. ca. 16.  
§. 5  
**I. §** Statua nanq; Danielis deuenit nunc de ære ad tibias ferreas, sed ferrum  
est durum ac implicabile vñq; adeo vt non nisi per malleorum pussionem refor  
mari possit. Christiani autem pueri hoc tēpore sunt ferro asperiores & implic  
abiliores, vt in eis verificetur illud propheticiū: Cor huius populi induratur tanq;  
lapis, & stringitur quasi malleatoris incus. Item humiliauerūt in compedibus pe  
des eius, ferrum, i. obstinatio pertransiuit animam eius, quia sicut compedes im  
pediunt compeditū ire corporaliter, sic peccata animam impediūt spiritualiter,  
quo mī

J.ca.22. §.11. quo minus de virtute in virtutem ire valeat.

II § Postquam igitur æterna sapientia in primo ecclesiæ statu fidem Christi per apostolos in mundum seminavit, addidit martyrij acrimoniam in statu secundo, deinde illuminavit ecclesiam sanis doctrinis in tertio statu, qui superaddidit vitæ contemplatiæ perfectionem in quarto statu. Praeudens autem Christianos vltierius non fore aptos ad supplicia tormentorum secundi status, neq; ad culmina perfectionis quarti status, remisit ecclesiæ huiusce difficultates. Omnipotens enim deus semper moderatur statum ecclesiæ, atq; disponit secundum q; J.eod. §.14. expedit suis electis, qui sunt super terram infirmi & fragiles.

J.ca.13. §.9. g.c.s. §.2. & J.ca.16. §.3. g.ca.9. §.5. III § Ex diuina itaq; dispesatione quintum statum condescensium, benignum, gratiosum, per ecclesiam Sardis representatum, catholici introduxerunt, ex quofides Christiana in rigore superioris quarti status facile continuari, vel in orbe terrarum ampliari non poterat, tunc equidem enuntiatæ atq; concessæ sunt indulgentiæ, remissions, & commutations arduarum penitentiârum, quæ olim in superioribus statibus instituta, ac ex sententia diuini iudicij in veteribus cano nibus ad luendum peccata decretæ fuerunt.

J.ca.16. §.3. g.ca.9. §.5. IV § Vnde Bonifacius octauus, pio usus concilio anno domini 1300, iubileum plenariae remissionis instituere cœpit, & deinceps quolibet centesimo anno obseruari mandauit. Quem iubileum Clemens sextus, exemplum veteris legis sequutus, ad quinquennarium reduxit, qui est propriæ iubilei numerus. Siquidem in veteri testamento quinquagesimus annus fuit iubileus & remissionis cunctis habitatoribus terræ. Quinquaginta quoq; dies numeratur ab occidente agni, & celebratione paschæ, usq; ad diem quo deus in igne descendit in montem Sina Similiter in novo testamento post dominii passiōnem, & ab eius resurrectione numerantur quinquaginta dies ad diem quo venit paracletus, id est consolator.

J.ca.17. §.22. J.ca.15. §.35. J.ca.42 in pri. V § In scriptura verofrequenter dies pro anno computatur. Ad instar igitur huiusmodi quinquennarij in ecclesia iubilei consolatio conceditur. Attento autem quod ætas hominū, non quidem centenarium, sed nedum quinquennarium iubileū raro attingere possit. Idcirco Sixtus quartus anno dñi 1475, declarauit iubileum esse concedendum singulis vigesimali quintis annis. Ecce q; aptè quinq; quinquennarij correspondenti presenti quinto statui cōdescensiuo & remissiuo. Deinde inoleuit, quod etiam extra præmissa statuta ecclesiæ tēpora, absq; delectu temporis ac ordinis, pluries & superabundantius inordinatae indulgentiæ sunt concessæ, prout quotidie in diversis locis conceduntur, forsitan quæstus gratia potius q; sa-

J.ca.15. §.29. latus. De quibus indulgentijs plenius habebitur in capitulo proximo.

VI § Insuper in predicto quinto ecclesiæ statu clericis, qui anteā in cōmutantiū bona temporalia posse derunt, concessus est peculiaris usus proprietatis atq; negotiationis temporalis, ex largiflua scilicet fidelium deuotione. Et secundum Vbertinū, talem concessionem deus permisit ad ostendendū, q; omnis creatura nō solum spiritualis, sed etiā temporalis, sit Christo plene subiecta, necnon quod status diuitum, sicut in veteri testamento, sic & in novo nō esset reprobatus, sed admisitus. Licet ipse Christus in hoc seculo vixerit in paupertate, quasi in statu perfectiori, tamē nō condemnauit statum diuitum, apud quos cœnauit, ac habitauit in carne, per hoc omnem approbando statu etiam pinguium, omnis em̄ adeps dñi erit iure perpetuo. Hinc Christus dicitur diues & locupletatus, qui u. q. c. exē. voluit simul in vnu esse diues & pauper, Ecclesiæ quoq; suā bonis tēporalibus ditare, nō q; prælati, ceteriq; clerici in pompis mūdialibus diuitias expeterent, vel J.ca.21. §.13. de eis lasciuerent, sed vt in medio tēporaliū abstinentiā seruarēt ac adipem abundantium reg; indigentibus largirentur, & sic in honoribus humilitatē, in delitijs J.ca.15. §.30. austoritatem, & in abundantia paupertatem custodirent.

VII § Sed membra ecclesiæ in tanta temporalium superfluitate ad multa flagitia declinauerunt. Quoniam manus remissa egestatem operatur, Filius quoq; remissus euadet præcepit. En incole ciuitatis Caphin, confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissius agebant, vnde captafuit ciuitas. Eodem modo remissio veteris ecclesiasticae obseruantæ causat diram ca-

Psal. 83

Antho. pt. 3  
hist. ti. 20. c.  
8. §. 2  
Ibi. stat. ti. 21  
c. 8. in prin.  
Leuit. 25  
Exod. 19

Actor. 2  
Num. 14

Extra. 4. de  
pœn. & re.

Vbertinus.  
Catha. Señ.  
c. 151.  
Leui. 3. in fi.  
Apo. 5  
Psal. 48

Prouer. 10  
Eccī. 30

D 2 ptionē

DE STATV ECCLESIAE REMIS. &c.

ptionem Christianæ reipublicæ cum supradicta concessa relaxatio paulatim in tantum succreuit, ut id quod fuit virtutis instrumentum, vergatur in nimia transgressionem. Nam illo tempore salubres canones, quos in prioribus statibus boni patres iuxta diuinæ legis tenorem instinctu spiritus sancti ad dei laudem, animarumq; salutem constituebant, cce perut abrogari, & prope deleri loco quoque in p̄senti quinto statu, nonnulla noua decreta, obmissis euangelicis & spiritualibus negotijs, ad quæstum & vsum temporalium sunt adiuvanta. Et sic norma spiritualis & veritas euangelica ac fides sincera quodammodo explosa est p̄ capitosos iustitiarios.

VII § Enim uero lex euangelica, quam spiritus sanctus promulgauit, est efficacissima, & ad omnes causas, saluti nostræ necessarias, sufficietissima: Christus enim cum sua lege non deficit regere ecclesiam, veluti apud Catharinæ Sen. Cath. Sen. c. 100. & ca. dicitur. Omnibus hominibus perfectis & imperfectis regulæ & iter est doctrina Christi, ad discipulos inquietus: quo vado scitis, & viam scitis, ego sum via, veritas & uita. Ecce in euangelicis regulis & doctrinis quilibet potest inuestigare ac inuenire viam salutis & consolacionis suæ. Sed his neglectis hodie obseruat hominem adiuentiones, consuetudinesq; inueteratas, quibus etiam magis ad dei reverentiam quam laudem, magis ad animarum perniciem quam salutem abutimur. Ultra prædicta deniq; antiqua seu decretalia iura quotidie Romæ eduntur nouæ constitutiones, quas cancellariæ regulas nūcupant, & pro uerrima litium materia ad vnguem obseruari iubent, tāquam artes anfractibus iurium accommodatas, simplicibusq; clericis & fraude uerbane nescijs captiosas, ut vix reperias quēquā absq; controuersiæ cauilloſa beneficium ecclesiasticum obtainere, vel secure possidere. Ob tales similesq; adiuentiones deus iustus aliquādo nos perdet, quia uel ille qui cōdunt leges iniquas.

6. Birgit. 26. 2. Par. 36. & 3. Esd. 2. VIII § De qua abusione Christus apud Birgittā cōqueritur, dices: Instrumenta, id est, iura domus meæ, scilicet ecclesiæ aportata sunt in Babylonem; quæ cōuersatio & dispositio clericorum & religiosorum à templo asportantur ad cōfusas mundi delitias, qui cōstitutiones suorum prædecessorum, sanctorum scilicet patrū, prophanat; nouas adiuentines pro legibus tenet. Cernimus deniq; apud plebeios cōsuetudines corruptas iustis legibus vbiq; præualere & quasi omnēs homines degenerare. Vnde ulterius Christus in Birgitta inquit: Christiani olim erāt pulchri ex fide, dulces charitate, fructiferi bona cōuersatione. Nūc autem à priori statu degenerates, ex noīe videtur pulchri, sed cōuersatione sunt difformes, fructiferi ad mūdum & carnem, steriles ad deum & animam, dulces sibi sed amarissimi mihi. Propterea cadet & annihilabitur, nam quod pulchrum videt, decrescit, & deueniet ad deformitatem.

IX § Multa præterea alia absurdæ in p̄senti quinto & subsequēti sexto statu, in ecclesia nūc tolerātur, quæ in prioribus statibus fuerūt inhibita, & hodie illūcita. In primis à tempore, seu initio quinti status incepérūt, prout adhuc quotidianè fiunt, intrusiones, impressiones, exorbitatiæ, illegitima dispēlationes, aliaq; innumerā scandala, ut ecclesia iam fere omnia auxilio destituta, & in singulis suis mebris venenata indies magis vergit ad interitum, omnia ad pernitientem successiue sunt inuersa, sicuti cōtinue singula pedetentim peruerteruntur, nō solū circa ecclesiasticos, sed etiam circa seculares. Qui forte cernētes, quod clerici tēporalia possident, negotia secularia tractant, se ecōtra spiritualibus rebus immiscētes, bona & iura ecclesiastica sibi usurpare cōceptūt, ac multa ecclesiis abstulisse laudi ducent. Et sic pene omnes christiani cum Clerici, tum Laici larga indulgentia, & benigna toleratiæ, in hoc quinto ecclesiæ statu (vt præmittitur) introducta plurimū abutuntur, vt ipsa ecclesia iam in fine quinti, & in principio sexti status magnum patiatur conflictum cum Babylonianis carnalitatibus, à quibus quodammodo suffocatur, humanæ enim rationis spiritus tenetur quasi captiuus per meretricia mulieris video reseruatur ei Leuiathan.

X § Nempe cum diabolus nō posset fidem Christi suppressere per Iudeorum emulationem, neq; per tyrannorum persequitionem, neq; per hæreticorum prae-

§. ca. 4. §. 5.  
& §. c. 13. §.  
6. & §. eo. §.  
7. §.  
§. ca. 13. §. 7.  
infi.  
§. ca. 18. §. 5.  
& §. c. 12. §.  
q. 108. ar. 2.  
& 3.  
§. c. 50. §. 10.  
& §. eo. §. 6. &  
§. eo. §. 8.  
§. ca. 18. §. 8.  
& 10. 2. §. ca.  
42. §. 10.  
§. eo. §. 6.  
§. c. 39. §. 1.  
§. c. 25. §. 6.

§. ca. 13. §. 6.  
& §. c. 22. §. 3.  
§. eo. §. 7.  
§. c. 19. §. 6.

§. ca. 19. §. 13.  
§. ca. 17. §. 19.  
§. ca. 5. §. 7.  
& §. c. 21. §. 11.  
§. ca. 6. §. 4.  
& §. 26. §. 12.  
§. c. 28. §. 1.  
§. eo. §. 3. cū sequen.  
§. c. 17. in pr.  
§. c. 5. §. 2.  
§. c. 8. §. 4.  
& §. c. 14. §. 6.  
§. c. 10. & 11.  
§. c. 12. & 13.

2. Corint. 10

rum prauitatem, neq; per hypocritas fictionem, attentat ecclesiam in suis membris carnalium illecebrarum stimulis inficere. Propter malitiam equidem Christianorum diabolus iam solutus est ad faciem immissores malas. Nam in hoc quinto statu locustae, id est satellites diaboli, infligunt Christianis plagas, & cruciant eos mensibus quinq; quinario responder. Si quidem in quinto statu Christiani vacant delicijs, & cupiditatibus quinq; sensuum, & sic in eodem quinto statu dant occasionem plagi locustarum, quarum impetus & malitia ap plicatur praesenti quinto statui. Et cruciatus earum est sicut cruciatus scorpis, cum percutit hominem. Quo cruciatu scriptura designat iram dei & iniurias locustarum hominibus infligendas. De quibus tentationibus & aduersitatibus homines habebunt merorem & consernationem tantam quod querent mortem, sed non inuenient eam.

II   § Rursus illis locustis datum, id est permisum est, ut cruciarent mensibus quinq;, id est nocebunt in quinq; sensibus corporis, non autem in spiritu. Vel sicut Iudei in quinq; aut sex ultimis mensibus Christum fuerunt atrocius persecuti, vtpote a festo scenophegice, vscq; ad pascha, quando Iudei quererent Christum interficere, sic locustae in fine quinti status, forsitan per quinq; annos vel alio tempore quinario, in ecclesiam crudelius seculerent quando Christus totus despiceret, & eius spiritus in suis imitatoribus crucifigetur quasi quinq; plagiis, per conseques 2. Tim. 3 eotunc impi homines & seductores proficiens in peius.

XII   § Quod autem in presenti quinto statu predicta mala nobis prope sint euentura, deprehenditur & calculatione temporis, quam superna vox fecit in Esdra, dicens: Seculum diuisum est partibus duodecim, & transierunt eius decima, & dimidium decimae partis, supersunt autem eius post medium decimae partis. Quae enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient. Huius occulti responsi interpretatio taliter fieri potest. Duodecim partes seculi sunt sex etates vscq; ad primum Christi adventum, vna cum sex ecclesiæ statibus, qui durant vscq; ad secundum Christi adventum, transierunt quidem sex etates, & quatuor status ecclesiæ, ac etiam dimidia pars quinti status, que faciunt decem partes cum dimidia. Ergo post huiusc medium decimæ partis restant deteriora fienda, que cœlestis vox ibidem in Esdra expressit. Ecce qualiter iam in declinatione quinti ecclesiæ status timere habemus tribulationes in predicta reuelatiōe, alijs pluribus locis prænoscitatas.

XIII   § Ceterum mulier, quæ est lasciuientium vniuersitas, modo in quinto statu dicitur sedere & quiescere super bestiam, id est diabolum, habet item capita septem peccatorum mortaliū. Hoc muliebre tempus quinti status, sub p. cursoribus Antichristi futurum, prophetauit Hildegardis. Tempus in super muliere intelligitur per locutas, habentes mulierum capillos, id est luxus & mores effeminate. Malitia namq; presentis temporis in apertione quinti sigilli, & in quinto angelo tuba canente, & phialam effundente, aperte exprimitur, immo omnes quinarij Apocalypsis respiciunt malitiam quinti status, quem Johannes stupendo modo declarauit. Quinta enim ecclesiæ, scilicet Sardis, improperat, dicens: Nomen habes quod viuas & mortuus es: non enim inuenio opera tua plena coram deo neo, ideo penitentiam age, si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Sed habes pauca nomina in Sardis qui non coquinauerunt vestimenta sua. Ecce pauci modo in quinto statu reperiuntur absq; criminis macula.

XIII   § Similiter in apertione quinti sigilli inducitur gradus patientia sanctorum, quasi non possint diutius ferre mala hominum iam inundantia. In cantu quoq; quinta tubæ stellaris claritas status ecclesiastici intantam temporalium cutiditatem cecidit, vt puteum abyssi aperuisse dicatur. Thelophorus refert: Si cut in veteri, sic in novo testamento ecclesia dei nostris peccatis exigentibus, semper passa est tribulationes, quia in omni statu habuit membra vitiosa. Primo pseudopostolos, secundo falsos Christianos, tertio peruersos doctores, s. hereticos quartu fucatos religiosos, s. hypocritas, quinto membra in omni peccato criminosa

## DE INDVLGENTIIS ET REMISSIONIBVS.

nosa, sexto reformatores & predicatores flagitosos. Sed misericors dñs deus contra singula vitia inducit singula remedia. Tandem in quinto statu angelus dicitur effudisse phialam suam super sedē bestie, i.ecclesiā, modo bestialiter vivētis, cuius sedes est in curia Romana, & factum est regnū eius tenebrosum.

**XV** § Ad istud nostrū tempus adaptari potest euangelium, vbi dicitur ut sero factū est, hoc est, postquam ecclesia ad finem declinat, descendunt discipuli, i.e. clerici ceteri, christiani ad mare (descendimus quidem à spirituali dulcedine ad amara temporalia) & cū ascēdissent nauim (quia munieribus & ambitionibus appetimus ascendere culmina ecclesiastica) venerūt Capharnaum, vt pote in carnales appetitus, seu in fastum superbiae. Et tenebrae iam factae erant, modo enim omnia spiritualia mundano velamine obscurata sunt, ideo Iesus ad discipulos nō venerat, vnde mare magno flante vento scilicet superbiae, exurgebat: sic & hodie temporalia super spiritualia exurgunt. Cū remigassent discipuli stadia vigintiquinq; aut triginta, vident Iesum ambulātem, proximū nauī fieri, & timuerūt. Ecce stadia viginti quinq; i.e. quinque quinq; designant statum ecclesiae quintū, & tringinta, i.e. sexies quinq; designant statum sextum, qui nūc incepit durante adhuc statu quinto. Tineamus ergo nos, qui iam in quinto & sexto statu à dño Iesu per multa stadia remigamus, atq; p̄cemur v̄nostrā nauī, i.e. ecclesiā approximare dignemur idem dominus noster Iesus Christus, qui ad nostras humiles preces semper cōcedere cōsuevit largifluas nostrārū culpaq; indulgētias, ac debitārū penas, remissiones, de quibus nūc videamus.

### ¶ De indulgentiis & remissionibus. Cap. XV.

Hdc ironice  
Pascuill' ir-  
risit, cū veri-  
tate tamen.

**E**X quo in præcedenti capitulo de tempore remissio actū est, opere repretium esse duxi, aliquidq; medium afferri de modo indulgētiarū, que p̄fimē Roma aduolāt, & in Germania hostiatim veneūt ac venales in nūdini simoniacis vbiq; exponūt. Papales enim indulgentiæ publicantur hodie indiscrete & adeo peruerse, vt claves ecclesiæ quodammodo contemnātur, & penitentialis satisfactio eneruetur, quia quæstores indulgētiarū eas frui, le extendit cōtra canonis prohibitionem, atq; sacrī indulgentiās ad auaritiam, ceteraq; malitiā penitus abutūtur; vnde prope infelicia redduntur temporanostra. In quibus fugit à nobis veritas & abundat falsitas.

**I** § Ut autē indulgentiarum aliqua habeatur notitia, referam qualiter Martinus Luther, eti alias multa temerarie ac cōtumeliose scribere prætendit, tamē p̄cenarum materiam, per venias remittendarum, in quinq; membra acutissime distinxit. Prima p̄œna est æterna. Secunda purgatoria. Tertia castigatoria. Quartava voluntaria seu euangelica. Quinta canonica. Similis distinctione p̄cenarum elicetur ex decretis canonum, vbi p̄œna æterna diuiditur à temporalibus p̄enis. Quarum una est post hanc vitam vt pote in purgatorio, altera in hac vita infligitur, aut à deo nos castigante, & est castigatoria, aut à nobis ipsiis sponte assumitur & est euangelica, aut imponitur ab homine, qui plectit peccatore, vel in foro cōtentioso, vel in foro penitentia. Et hæc ultima p̄œna sola spectat ad indulgentiarum concessionem.

**II** § Nunc videamus, an extra p̄enam canoniam fori penitentialis cæteras p̄œnas indulgētiæ tollant? Eternā quidē p̄œna, quam homo peccando incurrit, post suū reatu solus deus remittit per abolitionem culpæ, quam delere potest nemo præter deū, qui inquit: Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me Iob. 7. & peccatorum tuorum non recordabor. Christus enī est agnus, qui tollit peccata mundi. In inferno autem à p̄œna æterna nulla est redemptio. Nam qui descendit ad inferos nō ascendet ultra, & qui impenitens moritur, omnino moritur, & eternaliter cruciatur, siquidē qui impenitens finitur, si semp̄ yiveret, semp̄ peccaret, ob hoc etiam sine fine torquabitur, neq; igne cōsumabitur.

**III** § Secunda p̄œna est in purgatorio, de qua Augustinus inquit, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic ignis, & si non sit æternus, miro tamen modo grauis est, excedens omnē p̄œna q. 5. nam præsentis vitæ. Hanc p̄enam homo sustinet ob suam culpam, quam in hac vita

J. c. 18. §. 15.  
J. ca. 32. §. 8.  
§. eo. 9. 1. &  
§. c. 4. i. pr.  
& J. c. 27. in  
fi.  
§. ca. 7. §. 5.  
& J. c. 18. §. 3.  
J. ca. 47. §. 3.  
J. ca. 28. §. 5.  
§. eo. 6. 14.  
in fi. & J. ca.  
18. §. 16.  
J. c. 18. §. 6.  
§. c. 6. §. 1.

J. co. §. 30.  
De pg. & re  
ca. cū ex eo,  
§. c. 12. §. 7.

De pg. di. 5.  
ca. sunt plu-  
res. §. auc.  
Di. 35. qđ in  
aliud.  
Dist. 45. sed  
illud.

J. ca. 30. §. 5.  
& J. c. 39. §. 6.  
§. c. 11. §. 2.  
in fi.  
De pg. di. 7.  
c. si in fi.  
Dist. 25. qđ in  
aliud.

## CAPITVLVM XV.

Fo. XXII.

j.eo. §.4. vita nō sufficenter luit, secūdum canonum sanctiōnes vel dei iustitiam, eadē em̄  
j.eo. §.12. neglecta p̄cena, ipsi animæ mortæ p̄eoccupatæ, pro modo culpæ suæ in p̄cena  
purgatori, nō ab ecclesia, sed deo iudice cōmutatur. Ad quē sapiēs: Tu es inquit  
dominus qui vite & mortis habes potestatē, & deducis v̄sq; ad portas mortis &  
reducis. Cū exierit spiritus, s. à corpore, nō reuertetur, nec reuocabit anima, quæ  
separata est, sed tuā manū effugere impossibile est. Ante obitū igitur tuū opera-  
j.c.70. i. pt. re iustitiā, quoniā nō est apud inferos inuenire cibū, vt pote indulgētiæ. Ecce in  
potestate pontificis nō stat è purgatorio liberare animā, quæ dei potestate effu-  
gere, vel indulgētiæ cibū apud inferos inuenire nequit.

III § Hinc canones ecclesiastici, viuētibus, nō mortuis sunt & diti, & in p̄o  
tificiū decretis articulus mortis & necessitatis semp excipitur, quoniā mors om̄ia  
soluit, ac mortui sunt legibus canonibusq; soluti. Nā lex secūdum apostolum, in  
homine dominatur quanto tempore viuit, vt si mortuus fuerit maritus eius vx-  
or soluta est à lege viri: ergo multo magis solutus est maritus p̄e mortuus à lege  
vxoris superuientis. Per consequens anima quæ decessit soluta est à lege viuen-  
tium, & à canone iuris scripti. Quocirca animaq; in purgatorio p̄cena, à deo iam

j.eo. §.3 taxata, non spectat ad ecclesiam militantem, sed ad iudiciū diuinū, quoniam ani-  
m@ in manu dei sunt, dicit em̄ dominus deus. Ecce omnes animæ meæ sunt. Do-  
minus quidē deus noster ipse est deus in celo sursum. i. in ecclesia triumphante,  
& in terra deorsum. i. in purgatorio: Et nō est qui de manu sua possit eruere.

V § Vnde Petro & clero sola ecclesia militās est cōmissa. Christus nanq;  
super terram, nō deorsum sub terra: dedit Petro & reliquis discipulis potestatem  
ligandi & soluendi. Gelasius papa ait: Christus in ligatione defunctum nunq; di-  
xit esse absoluēdū. Nam Lazarus nō mortuus, sed iam resuscitatus discipulis ob-  
latus est soluendus. Sicut igitur defunctus, iam exanimi diuino relicitus, humano  
iudicio accusari nō potest, ita de eo, qui in diuino iudicio est cōstitutus, nobis fas  
nō est aliud decernere præter id in quo eum dies supremus inuenit, siquidem quā  
mortuus est, iam à peccato iustificatus est. Cum enim aliquis sine sufficienti p̄e-  
nitentia decesserit, remissionem, quam in hac vita plenarie non est assequutus, in  
alia sic cōsequetur vt eius lepra in purgatorio iure purgetur & rite mūdetur, quia  
anima nō ingredietur sanctuariū donec impleātur dies purgatiōes eius. Quādo  
em̄ fortissimus viroq; Gedeon voluit fugere iniquū Madian, excutiebat, purga-  
batq; frumenta, i. vires animaq; in torculari vtpote in purgatorio, tūc demū appa-  
ruit ei angelus domini, ipsum scilicet saluādo.

VI § Ita Christus, portans om̄ia verbo virtutis suæ purgationem peccato-  
rū facit. Ad quē Job ait: Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas m̄ & ab-  
scōdas me donec pertranseat furor tuus, & cōstituas mihi tps in q̄ recorderis mei  
qui diceret, præter deum nullus, ideo subiūgit: Signasti quasi in sacculo delicta  
mea, sed curasti iniquitatem meam. Ecce hęc omnia operabitur deus, vt reuocet  
animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. Ad hoc Psalmista: Di-  
cant qui redempti sun: à domino quos redemit de manu inimici, nec fuit qui ad-  
iuaret, vtpote nō quis papa cui defecit potestas in purgatorio. Sed clamauerūt  
ad dñm, & de necessitatibus eorū liberauit eos & eduxit eos de tēbris & vmbra  
mortis, & vincula eorū dirupit. Rursus Salomon ad dñm: Liberasti me de por-  
tis tribulationū, quæ circūdederūt me à pressūa flammæ quæ circūdedit me.

VII § Christus itaq; est iudex viuorum pariter & mortuorum, qui purga-  
bit aream suam, cuius ventilabrum in manu eius, & angelus domini purgabit filios  
Leui, & colabit eos quasi aurum & argentum. Nec deus confunditur vocari de-  
us mortuorum. Papa autem non mortuorum sed viuentium terrestris est deus.  
Ideo non debet se intromittere de his quæ spectat ad curiam cōfessionis, vt Bir-  
gittæ reuelatum est.

VIII § Porro solus deus potestatem habet à mortuis resuscitare, & p̄ con-  
sequēs p̄cnam mortuorū remittere, quā potestatē nulli alij cōcessit, tametsi aliquā  
in nomine suo sancti eius nōnullos à morte corporali suscitauerint. In canonibus  
Dēpō. di. 1 Christus legitur aliquos à morte suscitasse, sed petitionē propriae vocis vel ami-

D 4 corum

Sapient. 16,

Eccle. 14

In au. de nu.  
§. deinceps  
col. 4  
Roma. 7Sapien. 3  
Ezech. 18  
Iosue. 2.  
Matt. 16. 18.Iohan. 11  
Dist. 23, quo  
rundamRoma. 6  
De pg. dist.  
1.ca. multi-  
plex.Leuiti. 14  
Leuiti. 12  
Iudicū. 6  
Heb. 1  
Job. 14Job. 33  
Psal. 106

Eccle. 51

Luc. 5  
Matt. 3  
Malach. 3  
Heb. 11

Heb. 11

## DE INDVLGENTIIS ET REMISSIONIBVS.

**cōrē** semp p̄cēfīsse. Siquidem tres mortuos alioz oñonib⁹ reddidit vitæ, quar c. voluissent  
tum vero, quia defuerunt viui, qui pro eo precarentur, non resuscitauit. §. Christus.

**IX. §.** Ergo p̄ preces proprias vel suffragia aliena proculdubio in purgato- §.eo. §.ii

**Matth. 12** Dif. 25, q̄lis. nō dimitti, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, ostēdit alia p̄ctā in futuro seculo esse 45. q. 2. pto.

**2. Macha. 12** remissibilia. Sancta igis & salubris est cogitatio p̄ defunctis exorare, vt à pecca-

**Eccī. 7** Eccī. 7 remissibilia. Sancta igis & salubris est cogitatio p̄ defunctis exorare, vt à pecca-

**Ruth. 2** 15. q. 2. Eccī. 15. q. 2. &c. pro ob- Ruth. 2 nedicta erat Ruth, qm̄ eandem gratia quam præbuerat viuis, seruavit & mortuis.

**Quocirca** sancta tenet ecclesia, vt quisq; pro mortuis vere Ch̄ianus offerat obla-

tiones, atq; presbyter eorum faciat memoriam.

**X. §.** Gregorius insuper affimat, animas defunctoz quatuor modis solui, 15. q. 2. animæ

aut oblationibus sacerdotū, aut p̄cib⁹ sanctoz, aut charoz eleemosynis, aut ieu-

nio cognatoroz. Indulgenciaz vero non meminit. Augustinus quoq; refert non

eē negandū, defunctoz animas pietate viuentū releuari, cū p̄ illis mediatori sa-

cificiū offert, vel eleemosynaz in ecclesia fiūt, sed prosunt eis, qui cū viuerent hæc

fibi vt possit prodeſe meruerūt, quā mobrem hic om̄ne meritum comparatur, quo

possit post hanc vitam releuari quispiā vel grauari. Quibus vero prosunt huic uimo

di suffragia prosunt vt plena remissio, aut certe vt tolerabilior fiat damnatio, nac

Augustinus. Identidē om̄nipotens apud Catharinā Senen̄, reuelat, dicens: Animæ

in purgatorio iuuant maxime diuino officio, ac etiā viuoz eleemosynis, ieiunij,

oñonib⁹, & alijs pijs opibus in statu gr̄e factis, ecce nihil de indulgentijs.

**XI. §.** Ex p̄missis euidentissime datur intelligi, claves ecclesiæ militat̄ ad

purgatorium nō extendi. Nam si illuc extenderentur, tunc secundum Hostien̄. Hostien̄. in

sem possent euacuare totum purgatorium, atq; papa esset crudelis qui non omnes sum. de pœ,

animas ē purgatorio liberaret. Vnde sumimus pontifex in literis indulgentiarum & remiss.

caute solet animabus dare purgatori⁹ remissionem, per modum suffragij, & non 13. q. 2. pro

ex potestate clavis, quæ se ad purgatorium non extendit. Alioqui in Apostolicis obeuntibus

indulgenciaz scriberetur per modum potestatis vel auctoritate clavium, seu iuris- cum duobus

dictioñis, quam in purgatorio papanullam habet. Suffragium vero papæ & eccle- cc. fe.

siæ penetrat in purgatorium. Ita in veteri testamento rogabat sacerdos pro omni 5. eo. §. 9. &

multitudine filiorum Israhel, & dimittebatur eis. Deprecabatur quoq; sacerdos 5. eo. §. 15

pro anima quæ incia peccauerat coram domino, & impetrabat ei veniam. Et sic 5. c. 57. §. 4

deus cito exaudit suffragium ecclesiæ, sed non statim operatur, quinim̄ pro mo- 5. eo. §. 21

do meriti censetur aliquando tardare petita. 5. eo. §. 40

**XII. §.** Papa autem sicut neminem habet auctoritate clavij ligare, ita nec

soluere s̄i purgatorio, vbi solus deus iudex est. Qui si quos ibi ligat, papa non soluit. Dominus enim deducit ad inferos, & reducit. Ad quem Sapiens ait: Tu virga,

id est, pena purgatori⁹ percuties eum, & animam eius de inferno, id est, de purga- 5. eo. §. 3

torio liberabis. Papa equidem non habet penas à deo impositas remittere, vt id

relaxet quod diuinajustitia inflixit. Siquidem Christus notāter expressit. Quod-

cunq; tu ligaueris & solueris super terram, erit ligatum & solutum in ccelis: non

dixitq; deglo tu solues. Et censet Luther, quod Christus dedita opera restrin-

xit clavem ad terram, præsciens futurum quod alioquin pontifices essent perfora-

turi cœlos pariter & inferna.

**XIII. §.** Negotium præterea de animabus in purgatorio à nobis est abscon-

ditum, ac nescitur quid deus faciat cum animabus à corpore separatis, & in quibus

sint pœnæ ob suas commissas culpas, quas similiter ignoramus. Et sicut viuus nō

datur remissio pœnarum, nisi culpa & reatus detegatur Ecclesiæ, id est, con-

fessori, sic consequenter animæ hominis demortui non datur papalis absolutionis

super illius culpa, quam vna cum animæ reatu Ecclesia militans ignorat. Pa-

pales ergo indulgentiaz non possunt extendi ad animas in purgatorio existentes,

quarum culpas & pœnas hic ignoramus. Atqui Deus scit mensuram suppliciorum,

vt si quis in præsenti vita nō est sufficiens punitus, pœna ei debita, in pur-

gatorio compleatur. Neque apud Deum queritur sententia sacerdotum, sed vita

mortuorum puniendorum.

Insuper

23. q. 5. quid

ergo

24. q. 5. in

sum. §. his

ita,

XIII § Insuper frustra assurit animabus in purgatorio remitti quadragenas, annos, dies, aut aliud per penitentia temporis, dum non constat, in animabus tantum spiritibus aliquod tempus cadere. Quippe canones super remissione temporis per penitentiam ad presentem durat vitam sunt statuti, & super terram non extra terram, ligata vel soluta. Sed indulgentiae quae sunt multa dicunt ignorari. Animasque quidem in purgatorio penas imaginatur, quasi ab extra in corpore inferatur. Quae tamen sunt ab intra in spiritu. Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus.

§. eo. §. 12

J.c. 18. §. 15.

J.c. 18. §. 9

J.eo. §. 17

J.ca. §. 9. §. 8.

J.c. 56. p. 10.

J.c. 40. §. 5.

&amp; J.c. 59. §. 8

§. eo. §. 11. &amp;

J.eo. §. 17

Dever. fig.

c. dilecto.

§. eo. §. 7

XV § Porro animae in purgatorio habet charitatem dei, sed imperfectam, quae non expellit timorem quo anima cruciatur donec puererit ad perfectam charitatem, quae foras mittit timorem, id est, purgatorij pena, quam animus interim patienter tolerat, licet cum paurore & labore, ut inquit scriptura: Dabit tibi dominus cor pauidum & pendebit vita tua ante te. Ita labor est ante me donec intrem in sanctuarium dei. Huiusmodi autem timoris & laboris penam indulgentia non tollut, licet ex eis, ceu per suffragia ecclesiae, illa pena minui speretur, quare precones indulgentiarum ad purgatorium falso extendunt literas papales. In quibus continetur: De iniunctis penitentiis fieri relaxationem, ubi Papa penas intelligit, a se vel a suis predecessoribus & a subditis, vel etiam a canone iniunctas, non quas deus imponit relaxare intendit. Quinimodo ipsius pontificis indulgentiae in talibus casibus concessae semper intelligendae sunt secundum ius sibi competens, & sine praetulio diuini iudicij: Quid enim Papa cum mortuis agere potest, qui nunc suum forum egressi, ad tribunal iusti dei deuenierunt. Sed nihilominus indulgentiarum concionatores inter alia figura proclamat absurdum scandalum, ut comedant sacrificia mortuorum, dicentes: Statim ut iactus nummus in cistam tinnuerit, euolare animam pro qua nummus imponitur. Certum profecto est, nummo in cistam tinniente augeri quantum posse, suffragium vero Papae seu ecclesiae in solius dei arbitrio consistere. Tales in concilio reprehendunt quae sunt, qui suis predicationibus decipiunt simplices, & aurum subtili vel fallaci potius ingenio ab eis extorquent, de purgatorio medaciter extrahunt animas, quae sunt de iudicio reservatae.

XVI § Nunc venio ad tertium membrum penam quae dicitur castigatoria, & est flagellatio dei dicentes: Ego quos amo castigo: haec pena non est mala, quia via per penitentiae. Hinc Ambrosius ait: Paupertate & ignobilitatem, eruditinem bellum, famem, & ceteros defectus ac etiam ipsam mortem nemo sapiens malixerit, nec in malorum sortem numeravit, quia necessaria ista in bonis habentur maximis: procedunt enim illae aduersitates a iustitia dei, qui est summum bonum. Istam castigatoriam penam deus nobis mittit aliquando propter peccata nostra & detestatione criminum, ne peccatores in aeternum flagellentur. Nam dum iudicamur a domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnamur: Quinimodo deus semper paucos puniit, ut multitudo ad penitentiam provocetur, uno enim peccante ira dei super multos venit: Aliquando etiam usque ad quartam generationem peccata deus visitat: Unde innocentes interdum plectuntur, quia non relinquit dominus virginem peccatorum super sortem iustorum, ut non extendat iusti, ad initia quitatem manus suas. Pluribus denique alijs de causis deus flagellat homines separaliter. Quibus flagellis aliqui ad penitendum inducuntur, sicut Nabuchodonosor post innumeris impietas flagellatus penituit & regnum, quod amiserat, rursus recuperavit: Aliqui, ut Pharao induratus, deterioraverunt, qui presentibus flagellis aeterna concreuerunt, ut tempore supplicium sit eis aeternae damnationis initium: & sic viuenter descenderunt in infernum.

XVII § Sed hanc flagellationis penam omnino extra manum esse pontificum quis dubitat? quoniam & ipsi eadem semper patiuntur: nec eam quavis protestate clavium tollere possunt, hoc evidentissime appetat in pena mortis corporalis, quam deus homini propter peccatum originale inflinxit, eam tam nonnulla redemptio, nulla indulgentia nobis admittit. Ceterae autem plaga, non necessariae sicut mors, sed ex causa accidentales, potius per impositionem aliarum penarum quam per remissionem seu indulgentiam auertuntur. Quarum relaxationem vel saltem subleuamen, peces viuorum, & suffragia sanctorum interdu a deo impetratis: Hinc

1. Corinth. 2.

1. Iohann. 4.

Deuter. 28.

Psal. 72.

Cotriari te

Tho. 4. dist.

20. ar. 30. q. 4.

Psal. 105.

Apoca. 3

Psal. 76.

1. Corint. 11.

in fi.

Num. 16

1. c. 31. §. 5

1. ca. 24. §. 6

Psal. 124

23. q. 4. Na-

buchodo.

Daniel. 4

Exo. 5. usq.

cū 14. exclu

Psal. 54

Tho. 12. q.

85. ar. 6

## DE INDVLGENTIIS ET REMISSIONIBVS.

- Iaco. 5 Hinc Iacobus docet ut infirmus inducat presbyteros ecclesiae, vt orent super eum  
 Tho. 4. dis. vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum  
 23. q. 2. art. 1. dñs, & si in peccatis sit, remittenti ei. At non solum of one & intercessione, sed & po-  
 Ibi Luther⁹ tissimum emendatione, pena castigatoria tollit, vt patet in Niniuitis qui meruerunt  
 de captiuitate euadere plagam euerionis, quia se emendauerunt, & sponte subierunt penam vo-  
 Babylo. luntariam. De qua modo sequitur. §. ca. 1. §. 4.  
 Ionæ. 3 XVIII ¶ Reassumo quartum membrum penæ, quæ dicitur euangelica, &  
 solet esse voluntaria: est enim tremor seu reatus conscientia & mortificatio passionum  
 item infirmitas fidei, pusillanimitas spiritus, suipius abiectione. Haec pena est ne-  
 cessaria ad salutem. Nec est fugienda, sed humiliter subeunda & sequenda, ne eu-  
 cuetur crux Christi, cui Apostolus confixus fuit. Verbum quidem crucis debet  
 nobis esse dei virtus. Saluatore dicente: Qui non accipit crucem suam, & sequitur  
 me, non est me dignus. Item si quis vult post me venire, denegat semetipsum, tol-  
 lat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui autem non baulet crucem suam, &  
 Matth. 10. venit post me, non potest meus esse discipulus. Non enim veni pacem, scilicet,  
 Marc. 8 mundanam mittere, sed gladium. Ecce euangelium docet penas querere & ama-  
 Luc. 9. & 14. re, non fugere, nec relaxare. Docet enim spiritum libertatis, & timoris dei usque  
 Matth. 10. ad contemptum omnium penarum? Euangelicum præterea penam operatur pœ-  
 2. Cor. 5. nitentia spiritualis, iuxta illud Apostoli: Si nos metimos iudicaremus, non utique  
 1. Cor. 11. dicaremur a domino. Qui enim in Christo baptizatur & renouatur, ad penas  
 Gala. 5. & ad crucis usq; ad mortem ordinatur, ut ad flagella paratus sit, & dolor eius in  
 Psalm. 34. conspectu suo semper. Et ut mortificetur tota die, & estimetur sicut ouis occisi-  
 Psalm. 43. onis, ac humiliata sit in puluere anima sua. Et licet deus sine penis posset omnes ho-  
 mines in gratia perficere, non tamen id statuit, sed potius ad imaginem & crucem  
 Matth. 11. filii sui omnes conformare voluit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, &  
 Catha. Señ. onerati estis, tollite iugum meum super vos. Cauendum tamen est, ne huiusmo-  
 ca. 104. di penitentia sumatur profundamento, sed pro instrumento virtutum, quemad-  
 modum docemur in dialogo Catharinae.
- XIX ¶ Appare itaque huicmodi voluntariæ crucem & penam ex gratia &  
 spū pendere, non ex arbitrio humano. Unde eam remittere, vel tollere non est in  
 potestate papæ, qui penas & doctrinas euangelicas rectius promouere, q̄ im-  
 Ezech. 7. pedire debet: alioquin tolleret crucem Christi & hostes dei, id est, p̄tā non occide-  
 ret ad internitionem. De quibus in Propheta dicitur: Non parcat oculus vester neq;  
 misereamini, sed interficite usq; ad internitionem. Nam si p̄ plenariam indulgentiam  
 omne deligum, etiam quo ad hanc penam euangelicam dimitteret, euaneget in do-  
 dominica oratione haec clausula: Et dimittit nobis debita nostra &c. Quod esset ab-  
 surdissimum, cum cuilibet Christiano dñica of one quotidie dicenda sit, & sic p̄tōr  
 frustra peteret a deo sibi dimitti quod papa relaxasset. Ceteræ haec voluntaria pe-  
 nitentia consistit circa mutationem veteris & induitioñ nouæ vitæ, ac circa mor-  
 tificationem membrorum, necnon circa observationem legitimorum preceptorum,  
 Ephe. 4. teste Propheta: Si conuersus fuerit impius ab impietate sua, & fecerit iudicium &  
 Colosi. 3. iustitiam, vita viuet & non morietur. Audite (quæso) sermones Prophetæ, & agi-  
 Ezech. 18. te penitentiam potius quam ut gaudetis indulgentiis.
- XX ¶ De euangelica penitentia sunt Gregorij haec sententiae: Spiritus defi-  
 cit, ubi caro requiescit, ut enim caro mollibus, ita anima asperis nutritur, illam  
 blanda refouent, hanc alpēa exercent: illa delectationibus pacit, haec amari-  
 tudinibus vegetatur: & sicut carnem dura sauciant, sic molli spiritum necant, ut  
 infra: Quo plus caro premitur, eo de cœlesti spe animus securius lætatur, tan-  
 to enim melius mens, ad superna appetitus componitur, quanto ab illicitis cor-  
 pus artius edomatur. Dominus denique damnat seruum pigrum, qui cognoscit  
 voluntatem domini sui, cui se non conformat neque preparat, ut eam, quam  
 Dominus imperat, dignam ageret penitentiam, ideo plagi vapulabit multis. J.c. 29. §. 4.  
 2. Cor. 6. Apostolus quoque hortatur nos, ne in vacuum gratiam dei recipiamus, hoc est,  
 Pet. 1. & 2. ut veram peccatorum faciamus penitentiam. Ait enim: Tempore accepto exau-  
 diui te. Et Petrus inquit: Sperate in eam quæ assertur vobis, gratiam; siquidem  
 haec est

j.c.30. §.9 hæc est grātia, si propter dei conscientiā sustinet q̄s tristitias. Aliud est in tristi-  
tia huius seculi, vt infra: Hinc illi, q̄ compuncti sunt corde, dixerūt ad Petrum &  
reliquo apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos: Agite (in-  
quit) p̄cēnitentiā, & baptizetur vñus quisq; vestrum in remissionē peccator̄ ve-  
strorum, & accipietis donum spiritus sancti. Nam scriptū est. P̄cēnitentiā agen-  
tes, & p̄r̄ angustia spiritus gementes. Hinc Augustinus describit: p̄cēnitentiam  
esse quandam dolentis vindictam, puniendo in se quod dolet commisisse. P̄cēni-  
tere em̄ est p̄cēna tenere, vt semp̄ puniat in se vlciscendo quod cōmisit peccādo  
Est quidem arta via quæ dicit ad vitam.

j.cod. §.15. & §.31 XXI § Hac euangelica & spontanea p̄cēnitentia p̄cēnitens mox à deo im-  
petrat veniam. Nam diuine p̄cēne infligendæ vel remittendæ, nec mensurā pos-  
sumus ponere, nec tempora diffinire. Siquidem apud deum nullas patitur moras Amb. i ho.  
veniae peccatoris conuersio. Scriptum est enim: Spiritus sancti gratia tarda ne sup. Luca. I  
scit habere molimina. Et refert Celestinus papa, q̄ Christus in momento quoſ-  
dam saluauit peccatores: perdidisset vtq; latro in cruce p̄mum, si illū vnius ho-  
ræ p̄cēnitentia nō iuuisset, cū eset in p̄cēna, p̄cēnituit, & pro vnius sermonis cō-  
fessione promisit ei paradisi habitaculū. Vera ergo ad deū cōuersio peccator̄ mē  
te p̄tius q̄ tēpore æstimanda est: Prophetet int̄quente: Cum cōuersus gemueris, Ezech. 18. 33  
tūc saluus eris. Et alibi: Inuocauerūt dñm misericordē, & sanctus deus audiuit ci- Eccle. 48  
tō vocē iporum. Sed indulgentia, papaliū quæſtōres, diuinū iudicium p̄terentes,  
ad istam sanctam euangelicam p̄cēnitentiam, & remissionē retorquent apo-  
stolicas literas, quæ dūtaxat se extendūt ad remissiones p̄cēnæ à canone vel ab  
homine imposita, de qbus nūc sequitur.

XXII § Restat modo p̄cēna quinta, quæ dicitur canonica. Etnō est sacra-  
mentalís satisfactio, sed legalis p̄cēna à iure humano cōstituta. Quæ plenarie est  
in manu papæ. Ad cuius plenitudinē potestatis spectat omniū canonicae p̄cē-  
rum remissio oīm q̄ casuū dispēsatio. Ideo in literis indulgētiæ exprimit, de ple-  
nitudine potestatis ex certa sciētia & motu proprio, &c. Papa nāq; ceu Christi  
in his terris verus vicarius, in omnibus & singulis iuriis casibus libere habet dispo-  
nere, absoluere, decernere, atq; tollere pro suo arbitrio. Et licet homo p̄cēnitens  
post suū reatū recōciliat̄ deo, tñ nulli prorsus deus remittit culpā, quin similem  
subiçiat sacerdoti suo vicario. Sic Chrūs leproso, quæ cōfessum mūdauit, p̄cepit  
vt ostēderet se sacerdoti cū oblatione debita. Quendā autē leprosum mundatum  
Chrūs ad principē sacerdotū remisit, ad significādū q̄ ardui casus summo ponti  
sici attineat. Et nisi peccator, etiam si eū p̄cēnitet peccati, habeat voluntate, obe-  
diendi ecclesiæ, deus ei peccatū nō dimittit, deficiente canonica via p̄cēnēndi.  
Nā decē leprosi nō statim, sed dū irent ostensem se sacerdoti, mūdati sunt. Quā-  
uis em̄ solus deus dimittat peccata, sacerdos tamen est minister, cui tradita est po-  
testas ligandi & soluendi. Et nemo potest bene agere p̄cēnitentiā quo ad deum,  
nisi qui sperauerit indulgētiā à sacerdote.

Tho. 3. pt. q. & 2 XXIII § Ex catholica p̄terea ecclesiæ sunt omnia sacramēta dñica, i. oīm sa-  
cramētōr̄ veritas & forma. Sola ecclesiæ est, p̄ quā dñs sacrificiū accipit, & qua-  
pro errātibus intercedit. Et q̄ se ab ea segregat, nec à vinculis peccator̄ absolui  
nec ianuā cōcelestis regni ingredi p̄t, siq; dē p̄ctānō remittunt extra ecclesiā, quā  
si q̄s spernit, deū spernit. Papaliū igit indulgētiæ concessio, & p̄cēnarū remissio  
minime est cōtemnēda, imō deuote appetēda, qm̄ est declaratio diuine remissio  
nis. Deus nēpe in cōcelesti examine iudicat q̄s terrena leges condemnat. Huius-  
modi quoq; indulgētiæ sunt vtiles, si in eas nō nimiū confidat Christifideles. Sūt  
autē nociuæ, si p̄ eas dei timorē amittat, prout moderni venia, quæ ſtores à legiti-  
mo apliçat̄ literas, tenore enormiter exorbitat, in suis cōtōnibus eadē literas  
frequēter adulterates, & indulgētiæ normā atq; valorē puerse extendētes.

p. q. 4. di-  
xit. Dī. 4. c. 1 XXIV § Insup canonica p̄cēna subdividit, vna est in foro p̄cēnitētiae, al-  
tera in foro contentioso, quæ aut est ciuilis, aut criminalis. Ista p̄cēna incepit ex  
tempore legis quæ crimen inhibuit, vt humana coerceatur audacia, tutaq; sit  
innocentia. Hac p̄cēnat priuatio dignitatum, recluſio in monasterio, deporta-  
tio in

## DE INDVLGENTIIS ET REMISSIONIBVS.

tiis in exilium, in carcere, excommunicatio, multa pecuniaria, & reliqua. Huius  
iustice poenias fori contentiosi papa per suos generales indulgentias remittere non  
intendit. Alioquin omnia patibula, ceteraque tormenta in ecclesiis terris tolleret. Pce  
nra vero poenitentialis fori sunt temporales poenitentiae, quas in ieiunijs, orationi  
bus, eleemosynis, alijsve pijs operibus, & sanis disciplinis, aliquas ad septennium, 16.q.6. si epi  
aliquas plus vel minus prisci patres statuerunt, vel quas confessores pro suo arbi-  
trio imponunt. De rigore iuris pro peccato mortali agenda est poenitentia septen-  
nij. Pro quibusdam culpis certi modi poenitentiae sunt impositi. Aliquando tem-  
pora poenitutinis a sacerdotibus ex causa possunt moderari. Earundem deniq  
poenitentiae ecclesiasticae rigor ut plurimū est relaxatus ex dispensatione misericordiae,  
quoniam multarum criminis sunt damnabilia: quae tamen ecclesia tolerat pro  
tempore, pro conditione personarum, intuitu pietatis vel utilitatis, vel necessitatis,  
item pro eventu rerum. Et quamvis canones poenitentiales sint modo abrogati  
& mortui, tamen absq; operibus condignis tanq; viuaces redimuntur perfectam  
indulgentiarum concessionem, vel magis per pecuniarum exactiōē sanguine  
& sudore pauperum ouium extortarum.

XXV § Olim Canones nil aliud imposuerunt, q; poenias temporales. Haec  
temporalium poenitentiae relaxatione (inquit Martinus in suis conclusionibus) sunt  
indulgentiae, id est, licentiae & molles permissiones delicatorum frigidorum, & inflexibilium Christianorum, & maximē publicorum criminorum, quibus Canones iniungunt arduas poenias. Illis indulgentiae conducunt, quo minus poenitentiae, quam de-  
ceat, luant. Inquit aut Chrysostomus. Perfecta poenitentia cogit peccatorē omnia  
libēter sufferērē in corde eius cōtrito, in ore eius confessio, in corpore, id est, satis-  
factione tota humilitas. Haec est fructifera poenitentia. Falsas vero poenitentias  
Gregorius appellat, quae non secundum authoritatem sanctorum patrum pro qualitate  
criminum imponunt. Quocirca Innocentius secundus admonet episcopos & pres-  
byteros, ne falsis poenitentiis laicos & animas decipientes, in infernum protrahi pa-  
tiant. Nam altissimus non ad indulgentias leues, vtpote ad fugiendas poenias, sed  
ad poenitentias arduas nos vocat multiplici modo. Primo, propria voce dicens:  
Matth. ii  
Luca. 13  
Apo. 3  
Ephes. 5  
Lucas. 14  
Psalms. 15

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Item: Con-  
tendite intrare per angustum portam. Secundo, per inspirationem ad peniten-  
dum: siquidem deus stat ad ostium & pulsat. Hinc Apostolus: Surge qui dormis,  
& exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Tertio, vocat per nuntios, id est,  
prædicatores. Fecit namq; cœnam magnam, & misit seruos suos hora cœnæ di-  
cere invitatis ut veniret, quia parata sunt omnia. Quartu, percussione, sicut pastor  
gregei, errantem baculo minat, sic quando multiplicatae fuerint infirmitates eo-  
rum, postea accelerant.

XXVI § Porro poenitentia est secunda post naufragium tabula, vtpote ec-  
clesiae tanq; nauiculae fluctuantis in huius vasti mundi pelago, vbi nos ceu reptilia  
ob actualia facinora nostra naufragium patimur. Siquidem baptismus cōtra nau-  
fragium peccati originalis est prima eiusdem nauiculae tabula. Atqui diuinitas  
natura est pia & clemens, magisq; ad indulgentiam q; ad vindictam prona. Non  
enim vult aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti. Haec quidem est vo-  
luntas dei sanctificatio nostra.

XXVII § Insuper Augustinus docet poenitentiam non solum deum timere  
iudicem, sed etiam iustum diligere, vt non tantum penitentiam timeat, sed & anxie-  
tur pro gloria. Ex quibus verbis elicitor, licet homo timeat penitentiam, timori tamē  
debet præponere charitatem dei, non extimore inferni, sed amore paradisi, ac ex  
dolore diuinæ offenditionis. At nostrates student consequi indulgentias non deli-  
cti poenitentia, sed urgentis penitentie afflictione. Deus vero non est muneracor no-  
minum, sed aduerbius: non em remunerat opus bonum, nisi sit bene & charitati-  
ue factum, ad bonū, scilicet finem: vtpote erga deum debet deponi timor servilis,

& adhiberi filialis. Sed in tali timore filiali nihilominus iustitia dei est potius timē-  
da q; misericordia sine poenitentia sperāda. Rursus per bonam penitentiam impe-  
tramus poenitentia fructum, & illud iucundissimum Christi verbum quo peccatrice  
poeniten-

Matth. ii  
Luca. 13  
Apo. 3  
Ephes. 5  
Lucas. 14  
Psalms. 15

De pce. dis.  
7.c. nul.

Glo. 1.c. scri-  
ptura de col-  
lu. deteg.

scopū, & ca. 16.q.6. si epi  
delapsis, & 17.q.4. atē  
dendū, &c. 18.q.2. hoc  
ipsum 19.q.2. hoc fit.  
Dé pce. dis. 19.q.7. rpa.  
&c. 20.q.7. requi-  
ritis 21.q.7. requi-  
ritis 22.q.19. §.12

Depce. dis. 23.q.2. misuram.  
24.q.7. rpa.  
&c. 25.q.7. requi-  
ritis 26.q.19. §.12

27.q.2. perfect. 28.q.2. perfect.  
29.q.2. falsas &c. fi.  
30.q.2. falsas &c. fi.

31.q.2. 32.q.2. 33.q.2. 34.q.2.  
35.q.2. 36.q.2. 37.q.2. 38.q.2.  
39.q.2. 40.q.2. 41.q.2. 42.q.2.  
43.q.2. 44.q.2. 45.q.2. 46.q.2.  
47.q.2. 48.q.2. 49.q.2. 50.q.2.

51.q.2. 52.q.2. 53.q.2. 54.q.2.  
55.q.2. 56.q.2. 57.q.2. 58.q.2.  
59.q.2. 60.q.2. 61.q.2. 62.q.2.  
63.q.2. 64.q.2. 65.q.2. 66.q.2.  
67.q.2. 68.q.2. 69.q.2. 70.q.2.

71.q.2. 72.q.2. 73.q.2. 74.q.2.  
75.q.2. 76.q.2. 77.q.2. 78.q.2.  
79.q.2. 80.q.2. 81.q.2. 82.q.2.  
83.q.2. 84.q.2. 85.q.2. 86.q.2.

 hist. ti. 2. c.6 Augustus regnauit quinquaginta sex annis. Rursus in Esdra: Post tempus regni §.c.44.§.6  
 §.1.&.2. illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur ut cadat. f. ecclesia, & J.c.61.§.6  
 vel Romanū regnū, & non cadet tunc. f. per ruinā ecclesiasticae dignitatis, intelli- §.c.64.§.10  
 go, nō extingueat totaliter, ideo subiungit, sed ite, & constituetur in suū initiu. Si & J.c.55.§.9  
 De Bru. Au quidem initium Romani imperij habuit tria regna, videlicet Brutii, Anthonij, &  
 gu.3. de ciui. Octauij, sic in nouissimiis eius suscitabit altissimus tria regna, & reuocabit in ea  
 &c.16. De multa, & dominabunt terræ & qui habitat in ea cū labore multo sup omnes q fu-  
 Anth. ibi.c. erent ante hos, propter hoc ipsi vocati sunt capita aquile. Iste enim erunt qui reca-  
 §.c.41.§.11. §.10. & de pitulabunt impietas eius, & qui perficiant nouissima eius. Hoc est regnū exile &  
 Octauio turbationis plenum. Hæc ex Esdra.
4. Esd.12 IX § De p̄missis pronosticare videat Ioachim abbas, aiens: Erit tribulatio, J.ca.48.§.4  
 Ioachim qualis nō fuit ab initio usq; modo, quadrata viues, & subito in Babylone morie- §.eo.§.6 i si  
 Danie.5. Dantis, vir mortis es. Sed aliqua bona merita sunt in te. Cede igit maiori & meliori te & J.c.48.§.3  
 §.c.41.§.11. quia dñs transtulit regnū tuū. In oriente cōmotio, & post cōmotionē ignis deuo & J.c.48.§.5  
 & J.c.48.§.11. rans vniuersa. Totū nanc mundū tyrannus terribilis cōturbabit.
- X § Christus nempe loco abiectorum Christianorū eligit, atq; in eccl  
 1. Bir.57. siam reducet paganos, qui apud Birgittam manifeste inquit: Ego faciam sicut  
 animal habens multa latibula, quod cū à venatoribus in uno fuerit persequutum,  
 in aliud fugit latibulum, sic ego faciam, quia Christiani persequunt me malis operi- §.c.45.§.8.  
 bus suis, & ejiciunt me de latibulo. Cordis sui, quasi dicat, Christianorū in me perse- §.c.46.§.11.  
 quutio est signū ruinæ eorum indubitatum. Ideo ingredi volo ad paganos, in quo- & J.c.55.§.7  
 rū ore nunc sum amarus, ero tamen eis dulcis super mel. Et infra: Scriptū est, filij  
 2. Bir.4 regnū ejiciuntur, & filii non regni accipient hereditatē. Sic etiā scribitur: Quædā  
 Mat.8. &.12. regina de ultimis finibus venit videre diuitias Salomonis, & audire sapientiā eius  
 Luc.11. 3. Reg.10 q; cū vidit, vix præ admiratione habuit spirītū. Qui aut erant in regno eius, nō at-  
 tentabant sapientiā eius, nec admirabant diuitias eius. Ego sum ille Salomon in  
 figura, Christiani vero sapientiā meā non attendunt, opera despiciunt, promis- §.c.46.§.3.  
 onē meā & diuitias meas habēt pro nihilo. Quia filii nolunt hereditatē, extra- & J.c.49.§.4  
 2. Birg.5 tu meo replebunt. Et infra: Mittā ergo amicos meos. i. prædicatores, qui Salo-  
 monē filii meū. i. nouū Christianū populu introducant in lucū. i. in ecclisiā, que  
 ex septē sacramentis, quasi ex septē arboribus subsistit, & requiescēt in sede mea  
 i. in fide ecclesiæ. Christiani autem mali, erunt eorum servi.
- XI § Nota, licet regulariter prædicatores hodie non mittant ad infideles, tñ §.ca.32.§.10  
 2. Birg.6 Propter desperationē ecclesiastica reformationis Christus in Birgitta mādat eis  
 dicens: Propterea dico vobis seruis meis, procedite, inquā, ad paganos & dicite  
 sic: Dñs celi & creator omniū facit vobis dici, via cœli aperta est vobis, habete  
 voluntatē intrandi cū firma fide, porta cœli stat vobis aperta. In veritate mea di-  
 co vobis, suscipiam vos in filios, & ero vobis in patrē quē Christiani contempse-  
 runt. Et infra: Ego sum similis boni api, qua si in herba pulchra non inuenierit  
 suauitatē, inquit aliam herbā, in qua, etiā si est exigua, figit pedē & extrahit in-  
 Bir. extr.84 de dulcedinē quantulacunq; ac recolligit, donec apariū fuerit impletū. Et infra:  
 Luce.14 Eligam mihi pauperes. i. paganos despectos, & dicā eis: Ingredimini & quiescite  
 in brachio charitatis meæ, quē admodū dñs in Luca: Exi cito in plateas, & pau-  
 peres ac debiles & caecos introduce. Sequitur in Birgitta: Vos aut qui mei esse de- §.c.46.§.1  
 beretis, & spreueritis, venite secundū voluntatē vestrā, rēpore vestro, & in tēpore §.c.44.§.13  
 meo, r̄pote in die iudicij particularis, dabitur vobis, tantum de tormentis quan & J.c.55.§.3  
 tum dilexistis voluptatem vestram.
- XII § Ex supra notatis, tum veteribus, tñ modernis prophetijs certū fe-  
 re habemus futuram & propinquam latinæ ecclesiæ transpositionem cum no- J.c.64.§.4.  
 stra pernicie atq; strage horrenda, quam à nobis auertere, vel saltem in benignā & j.ifi.cōc.  
 postri

nostri correptionem conuertere dignetur, facta impræsentiarum mentione de quatuor regnis & monarchijs mundi, congruum est ut de eisdem regnis & eorum circumstantijs aliquid exposiamus.

**D**e regnis & monarchijs huius seculi. Cap. XLVIII.

**S. c. 44. §. 1.** Aniel ait: Deus mutat tempora & ætates, transfert regna atq; consti- **Danie. 2**

tuit. Distinxit quoq; quatuor regna, quæ ab initio mundi hactenus in gubernatiōe fuerunt. Post diluvium quippe Babylon fuit principiū re **Gene. 10**

**J. eo. §. 3.** gni Nemroth in terra potentis. Daniel vero ponit, primum regnum **S. c. 47. §. 7**

aureum in Assyria vel Niniue fuisse per Ninum filium Beli inceptum, & durasse **Danie. 11**

vñq; ad Sardanapalum, quem Cyrus seu Darius rex Persarum vicit, constitutus **1. Esdr. 1.**

secundum in Media regnum argenteum. Quandoquidem dixerat rex Persarū, **1. Mach. 1.**

Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli. Deinde Alexander magis **S. c. 47. §. 7**

percußit Darium regem Persarum & Mœdorum, & obtinuit omnium mupitio. **Danie. 11.**

**S. c. 47. §. 7** nes, Tunc incepit æreum regnum, videlicet Græcorum, quod postea in quatuor **4. Esdr. 11.**

**S. c. 69. §. 10** regna diuīsum est. Super quod tandem venerūt Trieres & Romani, per quos cō **Danie. 4**

**J. ca. 32. §. 11** stitutum est ferreum regnum, s. Romanorum, in Esdra significatū per aquilā, vt **S. c. 47. §. 7**

& **J. ca. 49. §. 20** iam dictum est. Excelsus em̄ deus dominatur super regnū hominum, & cuicunq; **Danie. 7**

voluerit, dat illud. Luxta voluntate etenim suam facit, tam in virtutibus cœli, q; **Danie. 7**

in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius.

**S. c. 47. §. 8** I § Illa quatuor orbis regna, sunt quatuor magna bestiæ, quas Daniel de-

scribit inter alia, dicens: Regnū quartū, vtpote Romanorū, erit terrible & inter-

**J. eo. §. 2.** ra maius omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terrā & concubabit & cōmi-

**S. c. 46. §. 9.** nuet eam. Nam Romanū regnū est maius dignitatis, & sub eo Christiana religio

& **J. eo. §. 3** per vniuersum mundū cōminuit terrā, i. terræ das delicias. Post illud Romanorū

**J. ca. 61. §. 4.** regnū regnabit magnus Antichristus vñq; ad tēpus & tēpora & dimidū tēporis,

**J. ca. 50. §. 3.** vt pater in Daniele, & plenius infra tradet. Eadē deniq; quatuor regna significan-

tur per quatuor cornua à Zacharia visa, quæ ventilauerūt synagogā. Et secundū

**S. c. 2. §. 3** vñū intellectū intelliguntur per quatuor animalia ab Ezechiele visa.

II § Methodius insuper in suis reuelationibus de illis quatuor regnis re-

fert, quonodo Ionitus quartus filius Noe primus inuentor astronomiæ, docuit

Nemroth nepotem Cham ex Chus, in quibus influentijs astrologie deberet incipe-

**J. ca. 52. §. 2** re regnare sup terrā, & ædificata est Babylon magna, in qua regnauit Nemroth.

Per hoc dictū Methodius non affirmat astrologiæ dogma, sed potius innuit, Io-

nitum ex arte astronomiæ finixisse astrologicā superstitionem, quā Nemroth do-

cuit, ideo subiungit: Post hoc didicerunt omnes gentes constituere sibi regnū, &

pugnauerunt ad inuicem regna. Ulterius Methodius ponit primū flagellum sy-

nagogæ à rege Assyriog; inflictū, dicens: Nemroth. i. Pharaō, deuicit Aegyptū,

vbi filij Sem. i. Iudei, fuerunt captiui. Deinde Methodius memoratur secundi fla-

gelli synagogæ, vbi ait: Nemroth gigas primus fundator Babylonie, Assyriog;

& Chaldæog; metropolis, primū super terram regnū Babylonis super omnia re-

gna gentiū obtinuit primatū, vñq; ad Nabuchodonosor, qui captiuauit Iudeos.

Illud regnū tēpore sui filii Balthasaris cessauit, & per Dariū filiū Assueti Mœdia

ad Mœdos & Persas & Aethiopes translatū est, Cuius successor Choris Persa, q;

& Cyrus & Spartacus nuncupatur, filios Israel Babylonie captiuos liberauit,

Deinde Alexander magnus filius Philippi regis Macedonij siue Græco-

occidit Dariū ultimū regem Persej. Tandē quartū regnū, s. Romanog; incepit à

Romulo vel conuenientius ab Octavio Augusto, dicitur Christianog;. Nam di-

gnitas huius imperij obtinet venerationē, pollēs per Iesum Christū qui pepēdit

in cruce, sub qua orbis terraꝝ munitur, ac fines mundi secundū latitudinē, longi Ephe. 3

tudinē, altitudinē, & profundū cōseruant. Huc vñq; Methodius.

**S. c. 26. i pr.** III § Illa præterea quatuor capita, i. principatus mundi & potestates te-

**S. c. 45. i pr.** nebratum sunt ex septem capitibus draconis vel bestiæ, quam Iohannes vidit de

mari ascendentem, & habētem capita septem, & super eadem capita vidit nomi-

na blasphemiaꝝ, quia singula sequuta sunt diabolū, deū spērrentia. Primū caput Gene. 4.

**S. eo. in pr.** fuit Cain, qui ecclesiam malignantium incepit, eisq; præfuit, & ædificauit primā Psal. 25

# DE MONARCHIIS HVIVS SECVLI.

- Gene. 10** ciuitatem Enoch. Secundum caput fuit Nemroth, qui post diluuiū cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator. i. oppressor aliorū. Tertium caput fuit regnum Mœdorum. Quintum Gracorum. Sextum Romanorum. Septimum & ultimum caput, Antichristus magnus. Ex hoc Thelosphorus ar- gumēta, adueniente Antichristo, Romanū imperiū extinctū iri, lā dictas septē vias super quos mulier, i. ciuitas diaboli sedet. Et reges septē sunt, quinque ceciderunt, vnuus est, s. Romanus, & aliis, s. Antichristus nondū venit, & quā venerit, opor- tet illū breue tempus manere, vtpote tribus annis cū dimidio. Octaua quoque be- stia, s. Gog ascensura erat, & non est, de qua infra in fine libelli.
- Thelospho.** **ca. 25. §. 5**
- Apo. 17.**
- Danie. 7** III. § Rursus ex Daniele elicitur, Romanū imperium diuidi in decem re- gna siue reges, in quantum ait: Ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos magnos, & cornua decem habebat. De quorum medio cor nu aliud parvulum ortum est, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. Porro cornua decem ipsius bestie, erunt decē reges, & aliis (forfitan præscriptus tyrannus vel Turca infra scriptus) consurget post eos, & ipse Turca vel tyrannus potentior erit prioribus, & tres humiliabit, & sermones contra excelsum loque- tur, & sanctos altissimi conteret, & plabit quod possit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius usque ad tempus. Item aquila, i. Romanum imperium de- plumat. De eo quoque forte illud dicitur: Et datum est illi bellum facere cum san- ctis, & vincere eos. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit, hic est pa- tientia sanctorum. At insuper saluator: Erit tunc tribulatio maxima, qualis non fuit ab initio mundi usque modo.
- Apoc. 13**
- Mat. 24**
- V. § Et licet præmissa pñncipaliter magnū Antichristū tangat per par- uulū cornui intellectū, quia obscurō genere rascetur, tamē referuntur etiā ad eius pñncipales præcursorēs, ideo eadē omnia possunt intelligi de rege Turcæ, qui faciat se esse imperatōrē orientalē, ad occidentis quoque imperiū assidue aspirat, p- hoc Romani imperij nomen sibi usurpando. Ad quod facit illud Apocalypsis.
- Apoc. 17** Decem cornua, quæ vidisti, decē reges sunt, qui regnū nondū acceperunt, sed po- testatē tanquam reges una hora accipient post bestiam, s. post dictū tyrannum, hi vnum consilium habent & virtutē, ac potestatē suā bestiæ tradent, hi cū agno pu- gnabunt, & tandem agnus vincet illos & obtinebit monarchiam. Idem enim agnus
- Psal. 74** inquit: Ego autē omnia cornua peccatorū confringam.
- VI. § Sub Romano igitur regno, in quo ecclēsia suum initium sumpfit, ip- sa etiam ruinam patietur. Et quamvis idem Romanum imperium durabit usque ad Antichristū, tamē ab Alemanis proculdubio vna cū ecclēsia aliquādo transfe- retur, quia gens & regnū, quod nō feruerit deo, peribit. Et ait dñs: Adhuc modi- osee. 1. cū quiescere faciat regnū Israel. Quippe Romanū imperiū, iam rege & defensore desolatū, intra se ne quiter est diuisum mutuis principiū & cōmunitati Alemaniae bellis, ideo desolabit, præsertim in Germania, ubi contumaces quidā & imperio Romano rebelles, id modo destruendi totamque ecclēsiasticā extirpandi dignita- tem in quā sumunt occasionē in furioso principe Virtēburgensi. Neque res imperiū prospere succedere possunt ob inueteratū arrogantiā dissidiū, quo pñncipalia ecclēsiae regna (quæ sunt, Italia, Germania, Gallia) ad inuicē laborant. In pñsenti de- niq; infasto tumultu diabolus dissoluit manus Theutonū viroꝝ bellantiū, vt cū venerit Turca, inueniat nos inermes atque tabefactos.
- VII. § Et nisi deus optimus in bono Romano rege deligendo ecclēsias suā prouiderit, actū erit de nostra salute tēporali. Sperat autē propediē electū iri in Cæsarē illū potentissimum Carolū, quē digne geneāracham Australē appellauerit, cui de nobilissima archiducum Austriz domo imperator Fredericus tertius proauus fuit, magnanimus quondam Maximilianus Cæsar auus, genitor autē Philippus trinam coronam vna die nactus. Ex quorum maiorē decora potentia ac longo sanguine, pulchrisque regiminibus & virtutibus Carolus nobilissimum no- men, ingenuitatēque clarissimā hæreditauit, etiā ad posteros transmittendam. Et Di. 56. nasci, quāvis non ex successione generis, sed ex voluntate virtutis nobilitas pensetur,
- qm̄

J.ca.26. §. 7 quoniā genus & proauos & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra voco. Quid genus aut proauos sit epitis si primordia nostra, authorēq; deū spectes? Tamen genealogia naturali frequenter ex bonis generantur boni, vnde languardis nobilitas cōtrahitur eo q; alicuius maiores fuerunt sapientes, magnanimi, potētes virtutibus, opibusq; prædicti. Hinc filius patris dignitatē sequitur, quia filii cōplexionis similitudo causare præsumitur conformitatem orū ac imitationem paternae operationis. Ad h̄c accedit quædā prophetia, si dici meretur, quæ post natale dicti Caroli de eo fertur Anno dñi. 1505, in Italia apparuisse. Cuius exemplar (vt initij meminerim) hoc anno in manus meas peruenit, sequenti sub tenore.

VIII § Carolus Philippi ex progenie filius, erit longus fronte, habebit<sup>q</sup> P. sagium  
Caroli.  
alta supercilia, oculos grandiores, nafum aquilinum, coronabitur iuxta suæ etatis annum quartumdecimum, vel secundum aliam scripturam, iuxta sextumdecimum, hic magnum congregabit exercitum. Cunctos destruet tyrannos sui regni. Nanqt tanqt sponsus & sponsa ab illo iustitia sociabitur, bella geret usqfad vi gesimumquartum sui regni annum. Anglos, Hispanos, necnon Arrogonas, & Gallos ac Germanos subiugabit, Romanum euerget cum Florentia atqe igne comburet, binas habebit coronas, & postea mare transgredietur cum magno exercitu, Græciam introibit, rex Græcorum, Chaldaeorum, Turcarum, Asperorum, ac Barbarorum & Palestinorum nominabitur, Georgianas subiget, & legem constituet, vt si quis crucem non adorauerit, moriatur, nulla interuenient remissio. Erit enim semper cū ipso brachium diuinum, & possidebit totius propter terram dominium vniuersale, quod quā fecerit, sanctoꝝ sanctus iure vocabitur. Postquam sanctam venerit Hierosolymam, accesseritqe ad montem olivaceum, deponet coronam de capite suo, referetqe gratias deo, dabitqe spiritum miraculis & signis Anno trigesimo quinto regni sui. Hic ab angelo coronabitur tanqt patriæ pater. Erit primus imperator post Fredericum tertium.

**IX.** Id verificabitur si Carolus iam in Cæsare, vtinā absq; ambitiōne, & q̄. de elect.,  
& q̄. c. 46 § 1 & q̄. c. 17. § 16  
& j. c. 53. § 4 & q̄. c. 26 § 7  
quaritati practica, legitime eligitur, Romani imperij coronam consequentur  
Tunc habebimus signum quod præscripta reuelatio à deo emanauerit, & non sit  
ab homine per tumore vel adulatio[n]em excoigitata. Alioquin eadē pronosticatio  
præsumitur esse astrologica seu mathematica cōpositio. Genethliaci quidē nata-  
licios dies considerant, futura ausplicantur, geneles hominū per duodecim celi  
signa describunt, inde nascentiū mores, actus & euentus p̄dicere conant, i. quo &  
quali signo vel horoscopo fuerit natus, & quē effectū vitæ habeat q̄ nascit[ur].  
Huius mathefis interpretatio olim cōcessa fuit tribus Magis, vt natū annun-  
tiarent Christū. Quo nato neminē vltra alicuius nativitatē de cœlo interpretari  
debet, qm̄ gentilium obseruationes tenere Christianis non licet. **Mat. 2**

X § Heu omni omne ac in dicio infirmū atq; caducū appetet imperium  
§.eo. §.6. & Alemanorū, qui in posterum exteris subiicientur dominijs. Siquidem reges Iuda  
§.c.39. §.1. & postquam reliquerant legem altissimū & contempserant timorem dei, dederunt  
I.c.49. §.20 regnū suum alijs & gloriā suā alienigenā genti, vt pote Romanis. Quocirca res-  
pondebunt Iudaei: Non habemus regē nisi Casarem. Ita timendū eit, ne non fo-  
lū Alemani, sed & cæteri Christiani aliquādo habituri sunt regem alienū. Porro  
I.c.49. §.16. regnū de gente in gente transfertur propter iniustias. Nā remota iustitia quid  
§.ca.40. §.2 sunt regna, nisi magna latrocinia. Tale latrociniū est hodie regnū Germanorum  
§.eo. §.6. & qui rapinis infundantes, omnē negligunt iustitiam, & inter seipso potius gladio,  
I.ca.49. §.8 & violentia, quam iure seu a quo vtuntur. In ecclesia itaq; occidentalī videtur  
nūc incepta gladii plaga, tū per disturbia in Christianos principes, tū etiam per  
infidias Turcarum, de quibus modo sequitur.

**D**e Turcis & de plaga gladii. Cap. XLIX.  
¶ De Turcis & de plaga gladii, quoniam ultor iniquitatum gladii Iob. 19  
dius est. In die autem ista visitabit dominus in gladio suo duro & grandi & forti Esaia. 27  
tum. Nam inter alias aduersitates, quibus deus suam ecclesiam aliquot annis ha-  
ctenus conteri permisit, venit in primis gladius, qui est incurvus po- Ezech. 30  
tissime Turcas, quorum gens potest intelligi per Gog & Magog, de quibus postea.  
P. Nempe

## DE TVRCIS ET DE PLAGA GLADII.

Nēpe Turcæ olim fuerunt Schytæ ex his quos Alexander magnus inter Hyperboreos mōtes ferreis clausit repagulis, sicut quidā tradūt scriptores, & Hieronymus affirmat. Itidem & Methodius videtur aſſent̄e, vt infra patebit.

I § Turcæ (vt aiunt) sedes patrias habent in Scythia Asiatica vltra Pyrenæos montes & Thoracuntas insulas contra aquilonis vbera, qui post mortem Gotofredi exierunt de tabulib⁹ & locis desertis. Est quidem populus truculentus

**Apo. 2.12** & ignominiosus in cunctis stupris & lapananibus forniciarius. Et significatus per

**Apoc. 19** illū filiū masculū quem peperit mulier, apud quā stetit draco, & qui erat recturus

**Psal. 2** omnes gentes in virga ferrea. Imò ipse est cui deus dedit potestatē sup gentes vt

regat eas in virga ferrea, vt q̄ censem calcare torculari vni furoris iræ dei oīpoten-

**2. Reg. 7 tis.** Venit eterni iniquitas populi Christiani, ceu filiorū dei, in conspectu dñi, ideo

**§. ca. 27. §. 5** deus redarguet eosdē Christianos in virga viroꝝ, vtpote Turcæ, & in tactibus

filiorū hominum. Tactibus significantur plagæ gladij.

II § Fertur q̄ Turcæ comedūt quæ cæteri abominant̄, vescun̄ carnibus

Methodius lupoz, vulpiū & alioꝝ immūdoꝝ animaliū. Quos Methodius appellat filios Is.

**Gene. 16** maelis filij Abrahæ ex Agar, ob id & Agareni. i. aduenæ nuncupant̄. De Ismaele

quidē scribitur: Erit ferus homo, manus eius contra oēs, & manus omniū contra

eū, ē regione vniuersoz fratrū suorū & get tabernacula. Methodius igit̄ Ismaelis

filios solitudinis eſſi describit, à deserto exiliēt, ideo in desolationē ecclesiæ pro

deunt, corrupti sunt, ideo in corruptionem mittuntur, odibiles sunt ac abomina-

biles omnibus hominibus, ideo odium ipsi complectuntur.

**Iustinianus** III § Odibiles profecto strages Christianoz fecerunt, & amplias terrarum

**Venetus in** possessiones interceperūt, videmus eas pro sua austerritate subito & inopinate mi-

**oratione ad** randa egile, qm̄ in paucis annis vno imperio subegerūt duo magna imperia, vi-

**Sixtū qrtū.** delicit Trapeſontinū & Cōſtātinopolitanū ac vltra duodecim alia regna, & plu-

res q̄ octingentas insignes vrbes (vt fertur) vſq; ad fines Italiz & Pannoniæ obti-

nuerunt, & rotam pene ecclesiam Græcam (qua dudū antea ob suos excessus ru-

ere cœperat) prorsus quodāmodo extirpauerunt. Prætreea anno elapso Solinus

de progenie Ottomannoꝝ modernus Turcarum rex, magnum Soldanum bello

superauit, deinde cœpit Alepū & Damascum atq; Hierosolymam cū omnibus

circumiacentibus locis. Quid vltorius ē faucibus Christianoz aut gentilium sit

erepturus, in periculo pendet, timendū est vt qui orientalia subegit, occidentale

regnū sibi nunc inuadendū, rapiendumq; proponat.

**Esaiæ. 10** III § In veteri testamēto Turca est figuratus p Assur quasi tollēs robu-

ſtū populū Christianū vel sustollens murz ecclesia. Nam sicut Assur rex Assyrio-

rum olim fuit instrumentū quo deus flagellauit filios Israel, qui suis peccatis iram

dei prouocauerunt, sic deus Turcarū regem permittit sauire in Christianos ob

enormia eoꝝ facinora. Siquidē in Esaiā dñs respondit: Vx Assur, denotādo Tur-

cam, furoris mei virgā, in qua corrigo Christianos. Ipse quoq; Assur est baculus

quo percuto illos, in manu eius indignatio mea, s. cōplebitur, & mittā eū ad gen-

tē Christianā fallacē, vtpote quæ ſe p̄cepta mea facturā mentita est, & cōtra popu-

lū furoris mei mādabo illi vt auferat spolia & diripiāt p̄dā, & ponat illū. s. po-

**Esaiæ. 19** pulum Christianū in conculationē quasi lutū platearum. Et infra: Virgam suā

leuabit super mare in via Aegypti. q. d. O ecclesia, antequā Turca venerit super

te, aggredietur Soldanum regem Aegypti, & transibit mare rubrū & vincet eū,

deinde cū multo exercitu reuertetur contra Hierusalem, quā pariter obtinebit.

Hoc p̄a coniū (prohdolor) videſ iam impletū. Nam (vt dixi) ante annū Turcæ

tum Soldanum tum Hierusalem euicerunt. De hoc periculoso tēpore loquit̄ Mi

**Mich. 7** chæas, dicens ad modernā Christianitatē: In die illa longa fiet lex, & vſq; ad te

veniet Assur, & vſq; ad ciuitates munitas, & à ciuitatibus vſq; ad flumē, & ad ma-

re de mari, & ad montē de monte. Deus quippe virga sua pascet populū Chri-

stianum & gregem hæreditatis ſuæ.

**Hiere. 41** V § Apparet insuper in Turca esse verificatum illud Hieremiæ, vbi di-

citur: Venit Ismael filius Nathaniæ de semine regali (per quē secundū Methodiū

Turca representat) & ille surrexit & decem viri cum eo, & percusserūt Godolij

omnes

J. eo. §. 16

§. c. 41. §. 1,

& J. eo. §. 6.

J. eo. §. 15

§. c. 41. §. 4,

§. ca. 16. §. 9

§. c. 48. §. 4

J. eo. §. 16

§. c. 44. §. 5

& §. c. 39. §. 7

& J. eo. §. 4.

& 21.

§. c. 47. §. 6

& J. eo. §. 7.

§. c. 45. §. 7

& §. 10. &

J. eo. §. 7

J. eo. §. 15. &

J. eo. §. 14

J. eo. §. 4

J. c. 60. §. 2

§. c. 47. §. 7

§. eb. §. 1. &

J. eo. §. 15. i p

J. c. 52. §. 12. &

§. c. 42. §. 5.

& J. eo. §. 20

§. eo. §. 3. &

J. eo. §. 15

J. c. 47. §. 10

& J. eo. §. 10

omnes quoq; Iudeos qui erāt cum Godolia & Chaldaeos virosq; bellatores percussit Ismael. Is etiā in medio ciuitatis octoginta viros Barba rasos, scissis vestibus & squalētes, munera & thūs, vt ea offerret dño, in manu habētes, exceptis decem, occidit & cadauera proiecit in lacū quē fecit rex Asa, eundē lacū Ismael repleuit cū occisis, & captiuas reduxit omnes reliquias populi, vt pote fortis viros ac mulieres, pueros & eunuchos. Tandē idē Ismael a facie Iohanan principis bellatores fugiūt.

Per illū homicidā Ismael ē figurāt truculētus Turca, p Godoliā innocēs plebs, per Iudeos representant̄ Christiani, p Chaldaeos Pagani, vtrosq; em Turca psequunt̄, atq; vincunt, p octoginta aut̄ viros Barba rasos intelligunt̄ clerici q comā nutrit̄ bete, cum si prohibent̄ & facratis vestibus humiles sacrificiū deo offerre iubent. Quos Turca

**§.c.45. §.1** in medio ciuitatis Cōstātinopolitanā in alijsq; ciuitatibus iterfecerūt. Deus clemētis Dist. 23. pro  
**§.c.45. §.2.** ter auertat, ne de cātero in medio ecclesiā tor̄ cleris p Turcas vel alios Ethnīcos bete, cum si  
**§.c.48. §.4.** aliquā exterminet, solis decē thesauḡ tpalem sequētibus supstitutibus, quoq; eaduae milibus.  
**§.c.60. §.1.** ra ad lacū infernālē prōiūcent. Constat insup multos de populo captiuos à Turcā.  
**§.c.45. §.3.** cis eē seductos, vel adhuc fore seducēdos, donec Turca à Iohanā superabunt. O q̄s  
& J. eo. §.21 erit ille Iohanā, à cuius facie Turca Ismaelis progenies fugiet, vtinā is nostris cito  
in fine temporibus veniat, anteq; pereamus nos miselli omnes.

**VI** § Apparet p̄t̄erea per Turcas alia Hieremīa prophetiam esse impletam, vbi dominus ad filios Israel, inquit: Ecce adducam super vos gentem de longinquo, robustam & antiquā, pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi

**§.eo. §.1** fortes, & conteret vrbes vestras gladio. Et infra: Ecce populus, scilicet Turca ve- J.c.54. §.4 nit de terra Aquilonis (vbi respectu Hierosolymē situat Turcia) & gens magna g.c.47. §.3. vt pote Turcarum, consurget à finibus terrā sagittā & seuūm arripiet (quibus & J.c.53. §.5 frequenter Turca vtuntur) crudelis est, & non miserebitur, vox eius quasi mare sonabit, nam Turca per mare contra ecclesiā orientalem venerunt, quos similiter contra ecclesiā Romanam esse venturos, timendum est. Sequitur in Hieremīa: Et super equos ascendent, qui postea multa bella super terrā & questres gesserunt cōtinueq; gerūt, p̄parati quasi vir ad p̄t̄ lium aduersum te filia Syon. Ideo accin- & J. eo. §.21 gere cilicio, & aspergere cinere.

**VII** § Nonnullae deniq; Apocalypsis prophetia & Methodij pronosticationes censem̄t esse completae. Siquidē hoc de Turcis dictū intelligit. Quintus annus gelus effudit phialā suā super sedem bestiæ, id est, grācē ecclesiā, quā eo tunc to-

**§.co. §.3** ta erat puerſa. Et factū est regnum tenebrosum. Destructo em̄ grācē imperio, Turca nūc ibidem regnāt. Plurimū p̄t̄erea alioq; regno & locoq; terrā ac maris terminos, iuxta Methodij p̄eonium, obtinēt. Qui Turca, exitus sup Chri- G.co. §.2 stianos his vaticinatus est verbis. Futuri sunt, s. Turca, vt exēat semē Ismael & de- J. eo. §.8 uastent terrā, & obtineat orbem terrā, & regiones in introitu pacis. s. mundanā §.c.47. §.6 (quā Turca iā habent) à terra Aegypti vſq; ad Aethiopiam, & à flumine Euphrate & J. eo. §.11 vſq; ad Indiā, & à Tygri vſq; ad introitū Naoth regni Ioniti filii Noe, & ab Aqui- J. eo. §.13 ifi. lone vſq; ad Romā, & Illyricum, & Aegyptū, & Thessalonicā, & Abbanicā, & vſq; J. eo. §.17 ad mare ponticū, quod diuidit eadem regna à Germania & Gallia.

**§.c.48. §.10** **VIII** § Hinc elicitur Italiā, Galliā, & Germaniā à Turcis non vinci, quia & J. c.64. §.3 Methodius Turca, vīctoriā terminat vſq; ad Romā, id est, Italiā, & vſq; ad mare §.c.48. iſi. ponticū, id est, vſq; ad Galliā & Germaniā. Attamē per deuastationes Turca, & §.c.31. §.13. per intestina bella, tum Germania tum Italia Galliā (in quibus tribus regnis ho- & J. eo. §.11 die ecclesia latina potissimum consistit) mō plurimū offendunt̄ Christianis principi- & §.19. bus inter se discordatibus. Quippe in Apocalypsi habet: Pax auferet de terra, vt- §.c.43. §.5. pote in p̄senti ecclesiā statu, vt inuicem se interficiāt, quia non est pax impīns di- & §.c.3. §.7 cit dominus: Et sic conturbata sunt gentes & inclinata sunt regna Christianoꝝ. & J. §.8. & J. In aliquo tandem disturbo Roma destruet̄ iuxta Birgittā p̄eonium, quia Chri- c.57. §.2. stiani intestino bello debilitati inimicis ecclesiā resistere nequibunt, quin obtine- §.c.48. §.6. ant urbem in introitu pacis, vt ait Methodius.

in fine **IX** § In quo vlt̄erius sequitur: Et in duplum erit iugum illorū. s. Turca, §.c.38. §.5. super colla vniuersarum gentium, & non erit ḡs aut regnum sub celo quod pos- & J. eo. §.13. sit cum eis in p̄lio configendo superare eos, vſq; ad numerū tēporis octo septi-

## DE TVRCIS ET PLAGA GLADII.

- Nume.14 manarum annorum, id est, per quinquagintasex annos, diem pro anno computādo. Et hec est veritas rerum quæ seipsum clarius ostendet. Hanc Methodij prop̄hetiam de Turcis partim adimpleram esse nouimus, vnde certum signum habemus, dominum per Methodium esse locutum, quia ea quæ in nomine domini Propheta iste prædixerit egenerunt.
- X § Cæteris Danielis cornu paruum, consurgēs & reges humiliās, in Turca, ca verificari videt. Cuius tyrānidi truculētæ illa prophētica accōmodari possunt, vbi dicit: Populum tuum dñe humiliauerunt, s. Turcae, & hæreditatem tuā vexauerunt, viduā & aduenā interficerunt, & pupillos occiderunt. Item: O ecclesia sta & pra para te, quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuū sunt. Plura similia ad hūc passum repeti possunt, de quibus supra.
- XI § Insuper in præsenti excursu sexti status p Turcas censem̄ incipi propheta Iohānis, dicens: Sedenti sup equum rufum, s. sanguis colericī, datus est gladius magnus ut sumeret pacē de terra & inuicē se interficiat. Morti deniq̄ super equum pallidū sedenti, data est potestas sup quatuor partes terræ interficere gladio, fame & morte & bestiis terræ. Postea Iesus Christus accipies sextum signaculum aperuit librū, id ē, reuelauit seruis suis sextū ecclesiā statū. In quo fortassis per Turcas erit tribulatio ecclesiæ latīna atrocissima, sicut p eosdē inflicta est ecclesiæ græce tribulatio vltima. Quāobrē sexto angelo tuba canēti aliis angelus ex mādato Christi p̄cipit, vt soluat quatuor angelos, id est, dæmones, q̄ sunt ligati seu missi in flumine Euphraten, id est, Romano imperio, vbi latīna ecclesia modo cōsistit. Siquidē illis dæmonibus p Ch̄i primū aduentū ablata fuit nocēdi potestas, qui in propinqua nobis futura tēpestate permittent̄ ad vehementius q̄ prius tentādum homines Christianos, per quatuor mundi climata sparsum degentes.
- §.c.48. §.2. §.c.17. §.1.
- Apo.9 XII § Hinc scriptum est: Sextus angelus tuba cecinīt & audiuit Iohānes in voce p̄ meā ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei, dicentem sexto angelo qui habebat tubā. Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angelos, qui parati erāt vt occiderēt tertiā partē hominum. Ille sextus angelus, habens phialā plenā irā dei, effundit eā in Christianitatēm per flumen Euphraten intellectam.
- §.c.15. §.4.
- Apo.16 4.Esd.15 XIII § Ecce conjectura est, in hoc statu quinto & sexto, Turcas esse Christianos flagellum, ideo vocat Onager, horribilis enim visio contra ecclesiā occidentalem ab ē oriente. Id satis expressit Methodius dicens: Erunt homines in illa correctione filioq̄ Ismael, & venient in necessitates vsque dum desperent de vita sua in captiuitatibus & calamitatibus suis, nam in illo hebdomatico tempore (per quod denōrat p̄sens ævum) vendunt, id est, prostituunt homines natos suos, cui ius rei gratia deus despexit fideles ut sufferant has tribulationes. Et non solum Christianos, sed etiā Paganos, cæterasq̄ gentes Turcae insequuntur, ut supra notauit. Vnde conjectura sumis magnē & propinq̄ calamitatis nostra, sicut vaticinium sonat Methodij dicentis: Replebit Hierusalem à gentibus, & terra promissionis à facie hominum, s. Christianos, qui captiuū ducent à quatuor ventis qui sub cœlo sunt, & erunt tanquam locustæ in multitudine quæ congregabuntur à vento, & erit in eis pestilentia & famæ, & exaltabitur cor exterminatoris, id est, Turcae. Nempe vastator Christianissimi nuncupat latīne exterminans. Sequitur in Methodio: Et cor eorum in superbum elabetur, & loquuntur excelsa vsq; ad tempus constitutum eis, & retinebunt introitum & exitum aquilonis, & Ethan vsque ad occasum, s. Europa, & vsq; ad meridiē, vt pote versus Aphricā, & erit Christianos tribulatio maxima, & erūt omnia sub iugo eorū, s. Turcarum: homines quoque & iumenta, & volatilia, & pisces, & natātia in aquis, ac etiam aqua maris obedient eis, & destitutæ ciuitates, q̄ ab habitatoribus populosæ fuerunt, viduatae erunt, & illorum, s. Turcarum. Distribuent mysteria dei, & exaltabitur cor eorū, vsque adeo vt mortuos appetat secundum æ qualitatem viuorum. Similiter autem ex pupillis & viduis & ex sacratis locis escas exigentes, & non miserebuntur inopi & pauperi. Et gradientur in via angustiæ fenes, s. Christiani, inopes, & diuites, esurientes, & sitiientes, compedibus vinciti, & manicis ligati, & beatificabūt eos qui iā mortui
- §.c.6. §.5 & §.c.13. §.15 §.c.48. §.4 §.c.17. §.11. §.eod. §.4. in fine §.c.35. §.5
- §.c.41. §.5. §.e. §.8. §.c.43. §.5. §.c.16. §.8. §.c.16. §.8. & §.c.64. §.5. §.c.45. §.2. §.c.27. §.pri. §.e. §.7 & §.e. §.12, in fine §.e. §.11. in prin. & §.c.51. §.12. §.c.43. §.10. & §.c.51. §.12. §.c.57. §.13. §.e. §.5. §.eod. §.4. in prin. & §.c.42. §.8. & §.c.56. §.6. & §.c.57. §.13. §.e. §.5. §.e. §.9. & §.eod. §.7. §.14. & §.15.

I.c.54. §.4. mortui sunt. Et infra: Post tribulationem, quæ fit à filiis Ismael, homines periclitā  
in fine tur à tribulatiōis pressura, nō habētes spem salutis, aut redemptōis alcius de ma-  
§.c.34. §.4. nibus eorū, ab eis tribulatiōis in fame, siti & nuditate. Barbaroꝝ vero natiōes  
& J.c.58. §.3. erūt comedētes, bibentes, & iocundātes in victorijs suis, gloriātes in desolatiōibus  
§.eo. §.8. in quibus desolauerunt Perfidem & ceteras prouincias & insiglas vscq ad Romā, quas  
princ. Turcæ sibi vendicauerunt, & Christianis eripuerunt.

§.eo. §.3. & XIII. § Illa igit Hierosolymæ expugnatio, à Turcis tempore proximo  
J.eo. §.15. facta, est iudicium propinquæ (de qua Methodius loquitur) nostrę calamitatis. Nec  
refert quod eadem ciuitas nō Christianis, sed Ethnicis sit per Turcas erepta, quia  
saluator noster inquit: Cum autem videritis circundari ab exercitu Hierusalem,  
tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius, quia dies ultionis hi sunt ut im-  
pleant omnia quæ scripta sunt. Vx autem prægnatibus, & nutritiōibus in illis diebus  
erit enim pressura magna super terrā, & ira populo huic, scilicet Christiano, & ca-  
§.c.29. §.7. dent in ore gladij, & captiuī ducent in omnes gentes. Et Hierusalem calcabiliā gē-  
& J.c.62. §.15. tibus donec impleant tempora nationum, scilicet gentilium. Idem dicitur de comple-  
§.c.46. §.5. tione scelegꝝ. Et licet hæc Christi prædictio sit literaliter verificata in direptione  
& J.eo. §.15. materialis Hierosolymæ, tamen itaq impliebit in desolāda mystica Hierosolyma  
& J.c.54. §.7. quæ iam censemur esse ecclesia occidentalis.

§.c.19. §.7. XV. § Porro urbem Hierusalem Ethnici sæ penumero obtinuerunt, vi  
§.ca.44. §. etis quatercō inde expulsi Christianis, siquidem post Christi ascensionem, & post  
10. & J.c.64. Vespasianā destructionem Christiani ciuitatem & terrā sanctā in manibus habue-  
§.7 runt à tempore Constatīni magni vscq ad Julianum apostatā, qui illuc Iudeos re-  
dire cōcessit. Post cuius obitum Christiani recuperauerūt Hierusalem. Quā Cos-  
dras Persaq rex rursus intercepit, cum tamen Eracius Imperator bello vincens  
terrā sanctā vnā cum ciuitate Christianis restituit. Post paucos annos tpe scilicet  
Constatīni tertij, Saraceni, quibus Humarus præfuit, Hierusalem cōperung, quā  
§.eo. §.1 Carolus magnus recuperās ibidem Saracenoꝝ sectā extirpauit: Saraceni vero tē-  
pore primi Henrici Hierusalem itaq obtinuerunt, quā rur'is Christiani tempore  
Henrici tertij adepti sunt, ibi Gotofredo rege posito, cuius sepoete, vscq ad Frede-  
ricum primū regnāte, mortuo, vrbis Hierusalem quarto per Saracenos evincit, &  
§.ca.47. in in ditione Soldani vscq ad iam prēteritā expugnationem retenta est, sed nondum  
prin. restituta Christianis, qui adhuc eodem sancto loco sunt indigni: Nam quotiēs ibi  
§.c.62. §.11 et facinora Christicolag inualeſcebāt, totiēs deus de suo sepulchro & terra sanctā pro-  
§.eo. §.13 iecit Ch̄ianos. Quoꝝ peccatis exigentibus p̄mittit altissimus ciuitatē Hieroslm ab  
infidelibus possideri & calcari donec veniat plenitudo gentium, & donec impleā  
tempora nationum, hoc est, quando Christiani erga deum fuerint benemeriti.  
§.c.19. §.1 et Poteſt etiam alia esse ratio huiuscmodi occupationis, ne scilicet ob primā inibi  
§.3. ecclesiæ fundationem & Christi passionem, credamus iam catholicam ecclesiā, que  
§.c.39. §.8. fuit olim synagogam à Hierusalem pendere, quemadmodum ambitiosi ponti-  
fices statuunt, & stulti creduli estimant, Romā esse caput vniuersalis ecclesiæ, que  
§.c.43. §. pri. tamen principaliter confitit in spirituali collectiōne Christifidelium vbiq̄ terra-  
& J.c.68. §.4 rum degentium, & eius caput solus est Christus in omnibus primatum tenens, quē  
§.c.69. §.3 deus dedit caput super omnem ecclesiā.

XVI. § Christiani prætere a sunt in ira dei, ideo primum per Saracenos,  
postea per Turcas in ecclesia orientali hactenus multipliciter castigati, in ecclesia  
vero occidentali longe crudelius adhuc castigandi. Hoc ex plerisq; prophetiis de-  
prehenditur: quemadmodum Angelus dei de Turcis plurifaria Methodio reue-  
lavit, inter cetera dicens: Imperium filii Ismaelis filii Agar, quos scriptura austri-  
le brachium appellavit, vtpote Daniele scribente, & brachia austri non sustinebūt Methodius  
In nouissimo enim seu septimo millenario, id est, in ultima chyliade seculi (in qua  
nunc sumus) incipiet exire semen Ismael de deserto, & quum exierint, congrega-  
bunt vnanimes in magnum Gabaath, id est, in valle peccati, & illuc complebit qđ  
J.c.68. §.5 per Ezechiel dictum est, voca bestias agri, & volatilia celi, & exhortare illa, de-  
inceps: Congregamini & venite, eō q̄ magnū sacrificiū immolo vobis, maudu-  
te carnes fortū, & bibite sanguinem excelsorū. In hac itaq Gabaath cadent more  
gladij Ezech.39

Methodius

Lucæ.21

§.c.35. §.9. &amp;

J.c.52. §.1 &amp;

J.in prin.co

clusionis

§.c.47. §.7

&amp; §.eo. §.13

Apo.21

## DE TURCIS ET PLAGA GLADII.

gladij semine Ismaelis, qui appellatus est onager, eo quod in ira & furore mittunt §.eo.in pri.  
super faciem terrae. Et erit aduentus eorum castigatio sine misericordia, & ibunt cum §.eo. §.13 in  
eis super terram quatuor istae plaga. scilicet captiuitas, interitus, perditio, & desolatio. Di princip. & §.eo.

**Deut.9** cit enim deus Israel per Moysen: Non quia diligit vos dominus deus, introduceret §.eo. §.18  
vos in terram promissionis, ut hæreditemini in ea, sed propter peccata habitati- §.c.37. §.1.  
um in ea. Sic enim filius Israel, id est, Turcis, non quod diligit eos dominus deus, da §.c.53. §.9  
bit eis potentiam hanc ut obtineant terram Christianorum, sed propter peccata & iniqui- & §.eo. §.11  
tates nostras. Ob quas tradet nos deus in passionem ignominiae, retributionem ac & §.c.50. in

**Roma.1.** mercedem erroris nostri in nobisipsis recipientes, Rursus Methodius: Christiani princ. §.c.2.  
**Methodius** fradentur a deo in manus Barbarorum, a quibus cadent in omni imunditia for- §.eo.in pri.  
toris & pollutionis, & contaminabunt mulieres eos a pollutis barbaris, & mittent & §.c.41. §.1  
fortes filii Ismael super filios & filias eorum. Graecia tota in occidente gladij & per- §.c.48. §.10  
ditione & corruptione ducetur. & §.c.57. in

**XVII** § Ecce ista Methodij prophetia in ecclesia graeca & orientali nunc est princ. §.c.50. §.1  
adimpta. Ergo sequitur futurum malum in ecclesia latina & occidentali. De qua Me- §.eo. §.11  
thodius vterius inquit: Gallia, Germania, & Agathonia varijs praelijs erunt deo- §.c.46. §.2.  
ratæ, & multi ex eis ducent captiui, homines in tribulationes immensas coartabun- §.c.41. §.3.  
tur, eritque tribulatio super Christianos qualis antea non fuit. Foris enim vastabit & §.eo. §.8  
eos gladius et intus paor. Cuius gladij & supra sit mentio. §.c.31. §.11.

**Deut.32.** **Hiere.47** XVIII § De ea gladij plaga, prophetia coquerit, exclamando: O mucro domini & §.c.50. §.1  
quando nam quiesces, ingredere in vaginam tuam, refrigerare file. Cui respondeat, §.c.35. §.12.  
quo quiesceret quum dominus præcepit ei contra Alcalonem. Turca itaque mucro domini, & §.c.56. §.1  
id est, executor diuinitatis, peremptus aduersum Christianitatem ceu Ascalonem §.c.16.  
& §.c.59. §.8 id est, igne infame vel ignobilem, quia caret charitate dei & proximi. & §.eo. §.20

**XIX** § Nec turbemur (sicuti formidandum est) a Turcag inuasione per illa sompna & noua bellum aduersus Turcas præparamenta quæ papa Leo & Maximiliani §.c.19. §.15.  
nus quondam Cæsar cæterique reges catholici mutuo pepererat, dummodo interior & §.eo. §.24  
rem ecclesiastica non reformauerimus nil iuvat autem vel argentum aut quiuis exterior ap- §.ca.20. §.9  
paratus. Nam & olim super hac re per superiores principes & potentatus Christiani §.c.8. &  
reipublicæ multa sunt tractata, multa excogitata vel consultata & aliquæ agitata, & §.c.54. §.2  
nulla tamen ad effectum deducita, ve quæ quo plura moliti sunt, eo asperius & turbatus euas- §.eo. §.8. &  
fit negotium, deo qui habitat in celis labores nostros irritante, imò nos iugiter ir- §.c.1. in fine.  
ritate, qui absque eius adiumento, illud ipsius opus nostra inutili solertia explorare cre- & §.eo. §.21  
dimus. Adde quæ nos peruersæ voluntatis, ideoque indigni sumus ab eo impetrare pa- §.c.36. §.2.  
cem, quæ solis bona voluntatis hominibus concedere solet, quoniam pax est opus iusti- & §.c.48. in  
tæ & donum dei electis eius, & non impiis dicit dominus: Qui rursus ad nos, vobis in princip. & §.c.  
quit filii desertores ut faceretis consilium, & non ex me, & ordiremini telâ, & non per §.eo. §.8. &  
spiritum meum, qui ambulatis ut descendatis in Aegyptum, & os meum non inter- & §.c.54. §.2  
rogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fidutiam in umbra §.eo. §.9.  
Aegypti. Et erit vobis fortitudo in confusione & fidutia in ignominia. Iterum, & §.eo. §.21  
vobis qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis, sperantes & habentes fi- §.c.1. in fine.  
dutiam super quadrigis quia multæ sunt, & super equitibus quia peccati nimis, & §.c.36. §.2.  
non sunt consuli super sanctum Israel & dominum non requisiuerunt, qui non secundum & §.c.48. in  
armorum potentiam procedit ad victoriam. Modo verificatur illud psal- princip. & §.c.  
mi: Quare tremuerunt gentes, scilicet Turcarum, & populi Christianorum meditari sunt §.eo. §.8. &  
inaniam. Astiterunt reges Christianitatis, & principes Imperii Romani conuenie- §.c.18. §.18.  
runt in unum, præter consilium dei, & citra emendationem veterum hominum, quo- princip. & §.c.  
niam non inuenitur exemplum in euangelicis & apostolicis literis aliquid petitum §.eo. §.8.  
23. q. 4. c. no. à regibus terra pro ecclesia contra inimicos ecclesiarum, in quantum à deo mittuntur & §.eo. §.21  
inuenitur sed auersio diuinæ vocationis in deo quærenda est. §.c.30. §.9.

**XX** § Siquidem nos Christiani Turcas aggredi intendimus, in primis in- & §.eo. §.21  
stituamus bellum aduersus iniquitates nostras tanquam capitales dei inimicos, non §.c.36. §.2.  
aduersus virgam iniqtatum, quasi deo repugnaturi. Cuius ira nemo resistere po- & §.c.48. in  
test: Per Turcam namque ceu virgam deus nostras visitat iniquitates eod quod nos princip. & §.c.  
non visitamus eas. Iustus quippe deus de nobis Christianis, ceu Christi filiis in ba- §.eo. §.8.  
pismo §.eo. §.18.

¶.c.46. §.6. ptimo ex ecclesia tanq; matre renatis dicit: Si dereliquerint filii eius legem meam & j. eo. §.24. & in iudicijs meis non ambulauerint, si iusticias meas prophanauerint, & manda- Psalm.88  
¶.c.40. §.4. & ta mea nō custodierint, visitabo in virga iniuitates eorum, & in verberibus p̄ctā eo  
¶.c.57. §.10. rum. Seruata tamen misericordia si populus resipiscat. Vnde sequit: Misericordi  
¶.c.48. §. am autem meā non dispergam ab eo, quasi deus annuat se collature, contra eccl- Psal.88  
¶.c.35. siæ ad se reuersæ aduersarios, auxilium: nam antea dixerat: Manus enim mea auxi  
¶.c.8. & ¶.c.57. liabitur ei & brachium meum confortabit eum.  
¶.c.13. & j. eo. XXI. §. Deponamus igit̄ sarcinā peccatorū nostrorū tanq; causam conci- j. eo. §.24. Psalm.88

tantem virgā ferreā. Quæ inuenit in dorso eius qui indiget corde, id est, sapiētia, Prover.10  
¶.c.1. §.5. quoniā insipiens non habet cor subeundi virtutes, quibus dorsum p̄r̄bet, ideo in  
¶.c.20. §.11. dorno virgā patiā necesse est, nam scriptum est: Virga in dorso imprudentium,  
¶.c.40. §.1. Quoq; colla incurvant per iugū & lorum. Qui em̄ seminant iniuitatē, metēt mā Prover.26  
¶.c.59. §.6. la & virgaria suā consumabat. Timētes at̄ deū, & incēdētes erecto collo in via q; Eccl.33  
¶.c.34. §.8. nitētia, virgā diuinā indignationis cauere poterūt. Sapiēs certē induet pro tho- Prover.22  
¶.c.40. §.9. race iustitiā, & accipiet pro galea iudiciū certū atq; sumet & quitatē pro scuto in- Sapir.5.  
¶.c.55. §.2. expugnabili. Vt tamur ergo p̄cipue aduersum Turcas loricā charitatis, cingulo Ephe.6  
¶.c.57. §.5. & veritatis, gladio spiritus quod est verbū dei, scuto fidei, id ē, spe salutis. Primū de- 1. Thess.5  
¶.c.40. i. fi. bellando intrinsecos ecclesiā hostes, videlicet superbiā, simoniā, ambitionē, au- §.eo. §.5  
¶.c.40. §.22. ritiam, libidinem, ceterasq; impietates: hi Turcē à Christianis sunt obseruandi,  
¶.c.47. §.11. semperq; oppugnādi. Imō non est p̄niciōsor aut capitalior ecclesiā inimicus, quā Judith.4  
¶.c.40. §.6. & iniquus clerūs. Qui in primis erit reformādus, deinde reliqui Christifideles bene Exod.17. &  
¶.c.24. instituendi, tandem forinseci hostes Christi ad pugnā prouocandi. Tunc demū spe Deute.25  
¶.c.40. §.19. rari poterit contra Turcas debellandos Christianos: victoria.  
¶.c.13. §.1. & XXII. §. Attendamus insuper consilium Eliachim sacerdotis, filios Israel  
¶.c.40. §.8. apud Iudith his verbis alloquentis: Scitote qm̄ exaudiet dñs preces vestras, si ma- Judith.5  
¶.c.51. §.5. nentes permanenterit in ieunij & orationibus in conspectu domini: Memores estote  
¶.c.40. §.21. Moysi: qui Amalech, confidentē in virtute, & potentia sua non ferro pugnādo,  
¶.c.32. §.17. sed precibus sanctis orādo deiecit. Sic erunt vniuersi hostes Israel si perseuera- Exo.14  
¶.c.50. §.8. ritis in opere quod cœpistis. Vnde in consilio magnatū quod Holofernes contra  
Iudæos habuit, ait Achior dux: Vt bicunq; ingredi sunt scilicet ludāi, sine arduo,  
aut sagitta, & absq; scuto & gladio, deus eorum pugnauit pro eis, & vicit. Et non fuit  
¶.c.20. qui insultaret populo isto, nisi quando recessit à cultu dei sui. Quotiēscunq; autē  
¶.c.56. §.9. præter ipsum deū suum, alteri coluerunt, dati sunt in prædā, & gladium, & in op- 2. Macha.15  
¶.c.50. in probrium. Quotiēscunq; vero p̄cūtinerunt se recessisse à cultura dei sui, dedit  
princ. eis celi virtutem resistendi. Et vsq; dum non peccarēt in conspectu dei sui, erant  
¶.c.48. §.8. cum illis bona. Deus enim eorum odit iniuitatē. Nunc ergo mi domine Holofer-  
¶.c.60. i. pri. nes, perquire si est aliqua iniuitas eorum in conspectu dei eorum, ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi. Si vero non est offendio populi hu-  
ius coram deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam deus eorum defendet illos,  
& erimus in opprobriū vniuersae terra. Idem dixerunt Aegypti: Fugiamus Israe- Exo.14  
lem, dominus enim pugnat pro eis contra nos.

XXIII. §. Eodem modo Iudæi ad Nicænorē, cogitantē cum impetu die  
sabbati committere bellum, dicebant: Ne ita ferociter & barbare feceris, sed hono-  
rem tribue diei sanctificationis, & honorā eum qui vniuersa conspicit. Nempe Iu-  
das Machabæus semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à dño affutare, &  
hortabat suos, ne formidaret ad aduentum nationū, sed in mēte haberet adiutoria  
sibi facta de ccelo, & nūc speraret ab omnipotētē sibi affuturā victoriā. Singulos  
aut̄ eorum armavit nō clypei & hastæ munitione sed sermonibus & exhortatib⁹,  
¶.c.12. & deū p̄catus ē, dicēs: Tu dñe dñator cœlorū, mitte tūc angelū tuū bonū aī nos in  
timore & tremore magnitudinis brachiū tui, vt metuāt qui cū blasphemia veniunt  
aduersus sanctū populu tuū. Et visus est Hieremias extēdisse manū, & dedisse Iude  
gladiū aureum, dicēs: Accipe sanctū gladium munus à deo, in quo deiñcies aduer-  
¶.c.24. §.1. siārios populi mei Israel. Iudas itaq; & qui cū eo erāt, inuocato deo p̄ orationes cōgres-  
si sunt, manu quidem pugnantes, sed cordibus dominum orātes, prostrauerunt nō Ergo nos  
minus triginta quinq; milia, præsentia dei magnifice delectati.

## DE PLAGIS PESTIS, FAMIS, EGESTATIS, &c.

- Psalm.149** § Ergo nos Christiani accingamur cilicio, & primum nosipos §.eo. §.12 et emendemus: deinde clementissimum deū inuocemus, ac eius imploremus sanctos, I.c. §.6. §.6 in quoꝝ manu sunt gladij ancipes, processiones, & orationes publicas & priuatas I.c. §.7. §.9 Psalm.15 instituamus, populus Christianus bona fide clamet ad deū: Conserua me domi- §.c. §.7. §.9 Psalm.21 ne qm̄ speraui in te. Atq; dicat: Circūde derūt me canes multi, id est, Turce, conci I.c. §.1. §.1 Psalm.36 lium malignantiū ol̄ sedit me. Erue à framea deus animā meā, & de manu canis, §.eo. §.20, id ē, regis Turcag; libera vnicā meā, matrem, s. ecclesiā. Manus peccatoris nō mo & I.c. §.6. §.4 Psalm.159 ueat me: Tora die cōstituebat prælia: Custodi me domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Evidem non multū, religioni Christiana con- I.ca. §.7. §.12 ducit inimicos nostros gladio vinci. Sed si Christiana aries intēdit cōfigere cum Psalms.143 Turcis, dicat: Benedictus dñs deus q̄ docet manus meas ad præliū, & digitos meos §.eo. §.19, ad bellū: Eripe me de gladio maligno, & de manu filioꝝ alienoꝝ. Quia contra do post prin. Michæ.2 minū est manus eorū. Tandem precemur deū misericordissimū. Domine misere- §.c. §.8. Esa.33 re nostri, te enim expectamus, esto brachiū nostrū in mane, & salus nostra in tpe §.c.48. §.8. Hiero.15 tribulationis. Tunc respondebit: Liberabo te de manu pessimoꝝ, & redimā te de Iob.5 manu fortū, s. Turcag. Et sic saluū faciet egenū à gladio oris eorū, & de manu vio §.eod. §.19, lēta pauperem populū Christianum. Et non secundum armōꝝ potentiam, sed in fine, & I. 2.Mach.15 prout ipsi deo placet, dabit dignis victoriā. §.c.57. §.12
- ¶ De plagiis, pestis, famis, egestatis, atq; reliquis. Ca.L.
- verificata, quoniam in cronicis reperitur ante excidium Hierosolymæ, intrinse-  
cabella, aliasve plagas præcessisse. Agabus quoq; per spiritu significabat famem  
magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ crevit Claudio imperate. Ob  
quod fideles, qui erant Anthiochiæ, de facultatibus suis per manus Barnabæ & Sau-  
li miserunt auxilium fratribus habitatibus in Iudea. Quæ postea à Tito est crude-  
liter expugnata. Eadem rursus euangelica prophetia mystice complebitur in mo-  
derna ecclesia & occidentali Christianitate per Hierusalē & Iudeam significata.  
Ideo discipuli quæ fierūt à dño, quādo talia ipsius dñi prognostica essent euētura?  
**Acto.ii,in fi** Ad illius itaq; propinquæ & crudelis calamitatis à Christo nobis prophetizatae  
verificationem, iam bella & seditionis pleraq; alia portenta præcesserūt & enor-  
miper cōtigerūt. Vnde adhuc restare plūmitur reliqua plaga, ruinaq; ecclesiæ oc-  
cidetalis. Quam Christus dominus & protector noster in melius vertere dignet.  
**Matt. 24** Quippe huiuscmodi tigales calamitates in plenti seculo eveniūt ecclesiæ propter  
**Lucæ.21** malitiam suor; membror; in futuro seculo æternaliter puniendoz. Hinc ait, hęc  
**Marc.13** omnia supplicia esse initia æternor; dolorz.  
**S.c.58.§.9.**  
**& J.c.70.in**  
**prin.** **V** § Insuper in Euangelio tigatur specialis persecutio qua mali homines  
afficiunt bonos, ibi: Tūc tradent vos in tribulationem & occident vos, & eritis  
**Matt.7.** odio omnibus gentibus propter nomen meum. Hoc additum est ad eorum con-  
solationem. Sed qui impatientes rennunt consolari, discedent à fide ex timore,  
**Psal. 76.** vel pusillanimitate. Vnde in Mathæo sequitur. Et tunc scandalizantur multi &  
inuicem tradent, & odio habebūt inuicem. Idipsum modo verificatur in Chri-  
**Esaiae.13.** stianis, quorum manus diabolus dissoluit. Et multi pseudo prophetæ surgent &  
seducent multos, quæ nadmodum nūc surgit secta Lutherana, ac abūdat iniqui-  
tas & refrigescit charitas multorum, scilicet Christianor; se mutuo odientiū, ac  
nutu vel actu inter se digladiantum.  
**Marc.13.** **VI.** § Simile in Marco habetur: Cum audieritis bella & opinione bellige-  
netimueritis. Oportet em hæc fieri, sed nondum finis. Ista superius iam sunt ex-  
posita. Bella nempe respiciunt primum & secundum ecclesiæ statum, opinione  
autem bellorum tertium & quartum statu. Tribulatiōes vero quinti & sexti sta-  
tuum denotantur per verba sequētia. Exurget gens super gentem, & regnum su-  
per regnum, & erūt terramotus per loca & fames. Initium dolorum hæc. Et in-  
fra: Tradet autem frater fratrem in morte & pater filium, & cōsurgent filij in pa-  
rentes & morte eos afficiunt. Istud euangelicum præconium hodie verificatur,  
quandoquidem Christiani pleriq; suos proximos morte afficiūt, aut corporali,  
aut spirituali. Hæc omnia (inquit Beda) constat olim tempore Iudaicæ seditionis,  
antequam vastata esset Iudeorum prouintia, ad literam contigisse, in figurâ sci-  
licet futuræ ecclesiasticæ vastationis. Postea de electis in Marco sequitur. Et e-  
**Marc.13.** ritis vos, scilicet clerici odio omnibus hominibus propter nomen meum. Tan-  
dem subiungit tribulationem tēpore Antichristi futuram his verbis. Cū autem  
videritis abominationem, id est, Antichristi desolationis stantem vbi nō debet,  
nam in loco sancto abominatione stare nō decet, q; legit intelligat. s. prophetias  
quæ hoc prænuntiant. Tūc q; in Iudea fuit, i. in cōfessione veritatis, fugiet ad mó-  
tes. s. cœlestis fidei per prædicationē Heliæ.  
**Lucæ.21** **VII.** § Lucas deinceps hoc idē ita narrat. Cū audieritis plia, s. in statu apo-  
stolorum & martyr; & seditiones, s. hæreticoz & hypocritarum, nolite terrei-  
oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Hoc exponitur, vt supra in  
Matthæo. Postea Lucas de quinto statu ponit. Surget gens cōtra gentem, & re-  
gnum aduersus regnum, & terramotus magnus erūt per loca, & pestilex & fames,  
terroresq; de celo, & signa magna erūt. Per hoc elogiu denotatur cītuor plage,  
aliz ab hominibus dissidentibus, aliz è terra, aliz ab elementis, aliz è celo cōtra  
nos euentur. De calce deniq; sexti status euangelium ait: Et Hierusalem calca-  
bitur, donec impleantur tempora nationum. Sequentia vero verba: Et erunt si-  
gnata in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus  
maris & fluctuum, nam virtutes ccelorum mouebuntur, timorem nobis incuti-  
unt, ne significant propinquam (de qua supra dictum est) aquarum inundationē.  
**Nam**
- & J.eo. §.6.  
S.c.50. §.7.  
S.c.65. §.6.  
S.c.49. §.15.  
S.c.68. §.2.  
S.c.57. §.11.  
S.c.65. i pr.  
S.c.57. §.12.  
& J.eo. §.7.  
S.c.58. §.4.  
& §.9.  
J.ca.65. §.5.  
S.c.47.in fi  
S.c.40. §.8.  
& S.c.55. §.  
2.& J.eo. §.6.  
& J.c.70. §.5.  
S.c.43. §.1.  
S.c.59. §.9.  
S.c.13. §.8.  
S.ca.59. §.8.  
S.c.58. §.1.  
S.c.57. §.12.  
S.eo. §.1.  
S.c.44. §.6.  
& J.c.62. §.15.  
S.eo. §.1.  
S.eo. §.4.  
in fine.  
S.eod. §.4.  
in prī.  
S.c.17. §.10.  
S.ca.61. §.9.  
S.eo. §.4.  
S.eo. §.1.  
S.c.50. §.2.  
S.ca.50. §.1.  
S.c.62. §.13.  
& J.c.67. §.1.  
S.c.53. §.4.  
S.c.63. §.4.  
& J.c.70. §.8.  
S.c.53. §.12.

**S. c. 63 § 4** Nam licet ipsa signa specialiter tempore Antichristi, & maxime propinquante  
**J.ca. 65. § 5** vniuersali, extremoq; iudicio fient, tamen talia vel similia signa frequenter pra-  
 cedunt singularia dei iudicia, quorum vnum & tremendum iam imminens no- **Luc. 21**

stra erit calamitas.

**VIII §** Demum saluator in eodem Luca notat septimum ecclesiæ statu, vbi inquit: Quoniam appropinquit redemptio vestra, vt pote quam appetitis, postergando mundanam turbulentiam, & queritando pacem temporalem quā sequitur æterna beatitudo, ideo subiungit: Et prope est regnum dei. Ex ruina em & putrefactione mundani & quieti regni germinatur regnum cœleste & pacificum. Super a descripta verba euangelica nondum omnia sunt completa, sed (vt ait Christus apud Birgitam) adhuc venient tempora quibus complebuntur. Pra-  
**pri. S.ca. 34** missa deniq; quo certius, apertiusq; credantur futura, affirmantur vaticinio Si-  
**§. 4** bylla Erithrea, vti sequitur.

**8. E. r. 48**

¶ Sibyllæ prænotio de septem statibus ecclesiæ.

Cap. L X V .

**S**ibyllæ Erithrea nomine Eriphila in Babylone orta tempore belli Troiani Grajns Ilion petentibus, peritura esse Troiam vaticinata est, cuius Augustinus in suis scriptis beniuole meminij. Traditur namq; præcipua fusse præ cæteris Sibyllis, multa em & præclara prognosticauit ad instructionem g̃e 18. de ci. dei tiū, quas vera propheta latuit. Idē quoq; Augustinus inquit: Si quid veri deo , 23. & Lactā. Sibylla aut Orpheus, alijs & gentiliū vates aut philosophi p̃dixisse perhibetur, id 1. diui. insti. quidē valet ad reuincendā paganorū vanitatē, non autē ad istorū authoritatē cō Dis. 37. si qd plectendā, quamobrem huiusmodi prognostica ad sacrā scripturam accōmodari postunt. Et si omnes decem Sibyllæ, deo & Christo ac de gentibus vaticinādo, plurima p̃dixerint, specialiter tamen Sibyllæ Erithrea in suo Nazilographo. i. imperiali scriptura (qua habetur Venetijs in bibliotheca s. Georgii) inter alia de Christiana religione & de septem ecclesiæ statibus in Babylone varijs conscripsit. Nam postq; futuros eventus à tempore Priami de excidio Troiano usq; ad perfectionem Romanij Imperij pronuntiavit, incepit de aduentu Christi usq; ad finem mundi præclara multa manifestare.

**I §** In primis de initio ecclesiæ talia prompsit. Postquam taurus pacificus sub leui mugitu mundi climateda sub tributo concluder, illis diebus agnus cœlestis veniet. Per taurum significatur Cæsar Augustus, cui etiam Christus dedit tributum. Is Cæsar censetur esse ille primogenitus taurus habens cornua rhinoceronis, in quibus ventilavit gentes usq; ad terminos terræ. Sequitur in Sibylla: Venient autem dies quibus virtus inundationis, id est baptismus illustretur in aquis, & leo monarca conuertetur ad agnum, qui omnibus illustret, regnū subuertet. Et paulo post: In ultima autem ætate, vt pote in primo ecclesiæ statu (qui in principio septimæ seu ultimæ ætatis incepit) humiliabit̃ deus & humiliabitur proles diuina, iungetur humanitati deitas, jacebit in fœno agnus, & puerari officio educabitur deus & homo. Signa præcedent apud apellas, i. apud Hebreos qui sunt sine pelle, qui sunt circumcisii. Rursus Sibylla: Mulier vetustissima s. Elisabeth, puerum præscium s. Iohannem præcursorē, corcipiet, Boetem orbis mirabitur & ducatū p̃stabit ad ortū, s. tribus magis, hic habēs pedes. 32. sexq; pollices, eliget sibi ex pescatoribus & deiectis numerū duodenarium, vnumq; diabolum, non in gladio bellove. Hoc de statu ecclesiæ primo.

**Lu. 2. in pr.  
& Mat. 17. i.  
fi. Deut. 33**

**Luc. 1.  
Matt. 2.  
Ioh. 6**

**S. c. 16. § 2.** II § Secundum subinde statum Sibylla prænotat, dicens: Salus agnai accusans, modicis leonis spolijs vestietur, vt pote paucis rebus temporalibus fulcietur, nigrū conuertetur in rubrum, quasi dicat, fides catholica, quę in priori statu apostolorum adhucfuit obscura & ignota, in secundo statu per rubrū martyrum sanguinem eluci dius apparebit. **V**el, rubrū. i. status martyrū conuertetur in nigrū in fi. **S. c. 12.** i. in sectam heresis designatam in Apocalypsi per equum nigrū. Sibylla ulterius **S. 3. S. ca. 23.** ait: Enadē vrbum, regesq; subiçiet, sed in hamo pifcantis in deiectione & pau- **Ap. 6** perie superabit diuitias, superbiam conculcabit morte propria, nocturno luscita **J.co. §. 8** bit & comutabif, viuet & regnabit & cōsummabunt̃ hęc oīa, fieri regeneratio, **V** vltimo

# SIBYLLAE PRAENOTIO DE SEPTEM &c.

vltimo bonos iudicabit & malos. Istud cōpēdium Sibyllae de Christi gestis vscq ad extēnum iudicium exponi valet.

III § Postea Sibylla sequitur tertiu ecclesiē statū sub his verbis. Hinc qua-  
tuor alata animalia surgēt in testimonium, hoc est, quatuor Euangeliā pdicabū-  
tur, nomen agni tubis concinnet, serentes iustitiam, legemq̄ irreprehēsiblē. Cui  
cōtradicet bestia, vt pote hæresis Arrii ac aliorū, & abominatione spumaq̄ draco-  
nis, id est, diaboli. Sed iurget stellā mirabilis, i. doctrina quatuor doctoře, quatu-  
or animalium, id est, Euāgelistarū habēs imaginē, eritq̄ in turba mirabili, Da-  
naos illuminabit, orbem illustrabit.

IV § Præterea quomodo Romana monachia spretis idolis subitura esset  
Dift. 96. Cō fidem Christi, & Constantinus ecclesiam dotaturus, imperiū in Constatino-  
stantini, polim translaturus, Sibylla prænouit dicens: Euāne sc̄t Eneade simulachra, vir-  
tus & supstitione, alterius cultus adueniet, alterius cultor. Sed & de simulachris duo  
de virtūs totidem vscq in æternum in vrbe, & ad primam originem conuertetur.  
Hinc Eneade gloria, id est, Romanum imperium, in Bizantiā deducetur. Quip-  
pe Sibylla iam dictam sentētiā fortassis de quarto ecclesiē statu pronūtiātie vi-  
detur, quia subiunxit. Eritq̄ s. in Bizantia nidus delicatissimum quale nō fuit. s.  
Propter solitudinem, ac robustū decus s. Romanorum, in muliebre scilicet Græ-  
corum conuertetur, donec catulos eius vrsus, id est, mahumetica secta deuoret,  
optimates Bizantinos obtenebret, decus deucaliū effeminet; Bizantiū propha-  
nabunt dogmata falsa, edificia, i. ecclesiās denigrabūt, aurū eius per orbē & spo-  
lia dispergerūt, virgines humiliabūt, gallus, i. clerus non cantabit. Hæc p̄missa  
postulūt statui hypocritas adaptari, tamen principaliter & manifeste significa-  
bant excidium Bizantij proximā præteritum.

V § V iterius de quinto, sexto v. statu ac de Turcarum incursu præsumit  
Sibylla dicere. Ascendit in conspectu altissimi Bizantij scelera, & reliqua in su-  
perioribus cōscripta, quæ de tempestate calamitatis nostro iam æuo imminentis  
vaticinata est Sibylla. Post quā quidem calamitatē ventus Euāgelicū Papam  
præfensit his verbis. Surge stella mirabilis, vt pote Papa Euāgelicus unus post  
alii vscq ad quartū, id ē subiungit, quatuor animaliū, id est, Euāgelistarū habēs  
imaginē, eritq̄ in turba mirabili, Danaos illuminabit, orbem illustrabit, in Enea-  
dem latus p̄scatoris nomen agni vscq ad fines seculi virtute pducet. Nā doctrina  
Euāgelicorū pastoře durabit vscq ad fines secūdi seculi, hoc est, vscq ad finē sexti  
status ecclesiē vel secūdi generalis statū mudi. Sequitur in Sibylla. Inde in Ene-  
ade iuncta, s. stella apostolica vincetos à diabolo liberabit. q. d. diabolus tūc iteř li-  
gabitur. Hinc gloriabitur, moriēs illustrabit, porrò glorioſus exitus eius. Hæc p̄-  
missa Sibylla vaticinia partim sunt impleta, quo magis timendū, reliquias calami-  
tates per eā præconizatas procul dubio esse euenturas. Quas om̄ipotēs nobis in  
penitētiā dignam cōmutare velit.

VI § Tandē Sibylla futuri septem ecclesiē status meminit aperte de An-  
tichristo mox post angelicos pastores insurrecto, immediate scribēs; Erit autē  
bestia horribilis ab oriente yeniens, cuius rugitus vscq ad gentes punicas audiet,  
cuius capita septem sceptraḡ innuera, pedes, 663. Hic erit contradicēs agno, i.  
Christo, vt blasphemet testamētum eius, augens draconis, id est, diaboli, aquas.  
Reges autē & optimates seculi exuret in sudore terribili, & nō diminuent pedes e-  
ius. Stellæq̄ due, s. Enoch & Helias cōsimiles primæ stellæ, s. angelico Pape, cō-  
surgent cōtra ipsam bestiā, & nō obtinebūt vlc̄ veniat abominatione & voluntas  
domini consummetur. Nota iniquitatis completionem Sibylla hic nūcupat ab-  
ominationem. Rursus Sibylla paulopost inquit: Veniet in pōstremis diebus duę  
stellæ lucidissime, s. Enoch & Helias, de quibus prædiximus, in peccatis mortuos  
fuscantes, similes stellæ priori, quatuor animalium, id est, Euāgelistarū habē-  
tes faciem, resistentes bestiæ, id est, Antichristo, de qua diximus, aquisq̄ draconis,  
annūtiantes nomē, legemq̄ agni, abominationis excidiū & examen, mino-  
rabunt aquas, sed debilitabūt in panis afflictione. Loquitur forte de Anacho-  
ritis, quia sequitur: Exurget in robore fortiori, nēpe Enoch & Heliare resurgentibus plu-

**S.ca.33. §.1.** bus, plures q̄ antea in fide Christi homines roborabūtur.

VII § Post Antichristi interitū, vt pote infra septimum ecclesiæ statum futuram esse communem consordiam, per Gog tamen interrumpēdam, Sibylla refert inquiens, post abominationem reuelabitur veritas, cognoscetur & agnus, cui regiones & regna colla submittent, & eunt vniuersi terrigenæ conuenientes in vnū, vt ouile subeant & virga regantur in vna, & modicū tempus erit. Deinde facit mentionem de Gog & Magog, suorumq; satellitū, dicēs: Post hæc fiet multarum ḡtium bestialiter viuentiū congregatio, orbis in decē sceptra diuidetur, præcedet turpisſimi cōcubitus, cōceptus abominabiles, tū caput ipsoꝝ s. Gog reges maltos mēte afficiet, quosdā ſub iugo ſubmitteret, ſpōſa, i. ecclēſia filebit, galus, i. cleruſ raucescer, ſ. negligētia p̄dicādi, fiet agni, i. Christi cōtumelia, & appetonet abominationes in cotumelia, vt nomē altissimi deleatur, ſibi primā uam, i. Antichristi vel Luciferi superbiam applicabit, dicens verba blasphemiae, donec tres pedes ſenīq; abbreviati diſcurrāt. Hoc potest intelligi etiam de Antichristo, qui tribus annis cū diſmidio regnabit. Sequitur in Sibylla de pace mūdi post Gog recuperāda & duratura vſq; ad extremitiū iudicij tēpora. Et apparebit veritas & iustitia, omnesq; ſ. homines abominationes abſcient & cōuertetur ad agnū. Aquam ſcilicet baptiſini profitebuntur apellā, i. Iudæi, & non erit diuersa professio, ſed *Johan. 10.*

**S.c.34. §.1.**

**S.ed. §.6.**

**S.ca.61. §.8.**

**S.c.69. in pr.**

**S.c.68. §.11.**

**& S.c.62. §.11.**

**& S.c.69. §.6.**

**S.eo. §.1.**

**S.ca.69. §.3.**

**S.c.70. i.pr.**

**S.ca.53. §.8.**

**S.ca.68. §.7.**

**S.c.70. in fi.**

**S.eo. §.2.**

**S.o.17. vſq;**

**huc,**

Xpeditis reuelationibus ærumnarum in quinto & sexto statibus modo

concurrentibus ecclesiæ latine imminentium, reuertendum est ad ipsius

ecclesiæ statum septimum. Qui & ſi à nobis fit remotus, tamen pro pra-

ſentis collectu concluſione aliquid de eo censeo eſſe diſſendū. Hic

status figurabitur in tranquillitate, qua post primum vae adueniet ecclesiæ, ipſe

vero septimus status figurabit octauum & celestem statum, quoniam tunc ap-

propinquabit redemptio noſtra. Is septimus ſtatus eſt remiſſionis, ſicut quondā

fuit septimus annus. Scriptum eſt em: Si emeris feruū, ſex annis ſeruiet tibi, in ſe-

ptimo egridiet liber gratis. Item ſex annis ſeminabis terram tuam, anno autē

septimo dimittes eam & requiſcere facies, ita & in vinea & oliueto tuo. Nā ſe-

ptimō anno ſabbatum erit terra requiſitionis domini. Hinc iubemur dimittere

annum septimum & exactionem vniuersæ manus.

I § Pluribus præterea locis veteris ſcripture ſeptimus ecclesiæ ſtatus p̄figu-

ratus ē. Nā deus die ſeptimo cōpletuſ opꝝ & bñdixit diei ſeptimo. Cūq; trāſiſſent

ſeptē dies, aquę dīluuij inundauerūt ſup terrā. Et mense ſeptimo requieuit archa

ſup mōtes Armeniæ. Expectatiſq; ſeptē diebus Noe dimiſit colubā ex archa. Al-

tare deinīq; ſeptē diebus expiatū & sanctificatū erat sanctū ſanctora. Aaron em̄

aspferat altare ſeptē vicibus, ſeptēq; diebus finiebat cōſecratio, qm̄ in archā Noe

animātia mūda ſeptena fuerāt collecta. Itē plaga lepra ſeptē diebus cōſideranda

fuit. Helisœus quoq; ad Naam dixit: Lauare ſepties in Jordane & mundaberis. Iu-

dæis in ſuper p̄ceptum fuit, vt ſeptē diebus azima comederēt, totidēq; diebus ſa-

cificiū offerrēt, ac nullū opus ſeruile facerēt ni die ſeptimo q̄ erat dies celebrior

*Gene. 2.*

*Gene. 7.*

*Gene. 8.*

*Exodi. 29.*

*Leuiti. 8.*

*Gene. 7.*

*Leuiti. 13.*

*4. Reg. 5.*

*Exodi. 15.*

*Leuit. 23.*

*& fan-*

## DE SEPTEM ECCLESIAE STATIBVS

- Nume, 28 & sanctior. Item locutus est dominus ad Moysen: Numerabis tibi septem hebdomadas annoꝝ i. septies septem, & clāges buccina mēse septimo; Septimo igit̄ die Iosue, 6. sacerdotes tollebāt septē buccinas, quaq; vſus eſt in iubilego, & p̄cedebāt archā Paraly, 7. dñi, septiesq; circuibat ciuitatem Hiericho, & obtinuerūt eā. Vnde Salomon fecit solemnitatē in domo dñi septē digbus, & omnis Israel cum eo ecclesia magna Thob, 11. valde, feceruntq; filij Israēl in Hierlm̄ solenitatē azymoꝝ septem diebus in lētitia Hester, 1 magna. Sic Sara vxor filij Thobiꝝ ingressa eſt post septē dies, & tot diebus epulantes omnes cū gaudio magno. Assuerus item iuſſit septē diebus conuiuiū p̄para ri, & die septimo p̄cepit septē eunuchis ut introducerent reginam Vasthi, vbi septem duces primi post regem reſidebant. Pr̄noratę ac plures aliae figuræ septenariæ ſignificant futurum ecclesiæ ſtatutum septimum.
- II § Qui incipiet à futura concione Enoch, & Heliaꝝ, vel à ſcđo aduentu Christi, quādo ſua illustratione interficiet Antichristū, durabitq; vſq; ad extremū iudiciū. Idem septimus ſtatus in Apocalypſi deſignat per ecclesiā Laodicā am, & Cath. Senē, eſt quādā quieta participatio futuræ gloriæ, ac fi cœleſtis Hierlm̄ in terrā deſcen- ca, 101 derit. Et hæc ceneſt eſſe æternā vitæ arra, de qua plene in Cathari, Senē, quā etiā Psalm. 16. in præſenti ſtatu pacifici p̄agustat, qui quietant, & ſatiant hic diuina gratia nullis Cath. Senē, perturbationibus impediti, & in futurisq; diuina gloria. Nā in dei charita- c. 85. in fine. e & patiētia pfecti, hic ſunt beati, carentes malo propriæ voluntatis deſiderio, qđ Cath. Senē, in peruersis, iuxta ſui amore viuētibus, eſt p̄cena p̄fentis ſupplicij, & arra futuri c. 48. & 129. inferni, nēpe iſti frequenter inquietant, aut deſiderio acquirēdi, aut timore pden- Ecci. 4. & 5. di tpalia, & ita nunq; ſatiant, quia anima eoꝝ quæritas non deū, ſed creata, in ipſis Psal. 106. deficit. Hoc eſt p̄mium diaboli quem ſequuntur.
- III § Septimus itaq; ſtatus eit arra cœleſtis pacis, & quādā tēporalis beatitudino. Hinc eſt illud Iob: In ſeꝝ tribulationibus liberabit te, & in septima non tāget te malum, licet hoc videat falli in perfecutione Gog, ideo vide quā ob id ſupra & inſro ſunt annotata. In ſeptimo deniq; ſtatu vniuersi terrigene, Sibylla attestātē, conuenient in vnu, quādoquidem is ſtatus, epræſentat ſabbatū, & quietem ani- Gene. 2. ma Christi in ſepulchro iacentis. Er adaptat ſeptimo diei, qui erit benedictus & ſanctificatus ac liber ab omni ope ſeruili, fruens requie & pace, qua exuperat oēm Philip. 4. ſenſum, & ſic appetat ſabbatismus, & quiescunt ſeculi. Hinc Auguſtinus, poſt 2. de ci. dei 7 Genie, 1 ſextū inquit millenariū ſiet ſabbatismus, id eſt, vocatio ſancta poſt labores annoꝝ 2. Pet. 5 ſex miliiū habitas in præteritis ſex ſtatiſbus ecclesiæ, videlicet, à principio quo ſexta die creatus eſt hō, & magni ſui peccati merito in huius mortalitatis ærumnas de paradifi felicitate demifluit, quoniam ſcriptum eſt: Vnus dies apud dominum, ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnuſ. Sex annorum milibus, tāquam ſex diebus impletis, ſequitur velut ſabbati ſeptimus in annis mille poſtremis, ad hoc ſcili- 2. Pet. 5 ſet fabbatum ſeptimi ſtatus celebrandum: ſiquidem aliquæ deliciæ ſpirituales in illo ſabbato iustis affutare ſunt, nam hoc quoque aliquando Auguſtinus opinatus eſt, & forte non male.
- IV § In ſeptimo itaq; ecclesiæ ſtatu diſcurret ſeptimus & vltimus huius ſeculi millenarius. De quo in Apocalypſi ſcribitur: Qui non adorauerunt bestiam vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Non quād poſt Antichristum ſq; ad extreum iudicium mundus tantum mille annis duret, ſed tanto tempore quātum deo placuerit. Nemo autem p̄ter deum ſcit ſpacium interualli vſq; ad extreum iudicium, quod pater poſuit in ſua potestate. Ioachim putabat illud ſpatiū breui concludi tpe, Vbertinus cōtrariū arbitraf, vtriusq; opinionē in ſuperioribus tetigī. Ultimo quippe Christus quaſi diuina iuſtitia compulſus, propter malitiae exuberantia ad extreum veniet iudicium, appetat nāq; mundum in ſuī fine malis pernicioſiſiſimis maculatum iri, ex Euangeliſca relatione, vbi narratur: Cum Lucæ, 18. venerit filius hominis, putāſne an inueniat fidem in terra? In iudicio igitur ex- 1. Cor. 15 tremo tāta mala vindicabunt, ac ob ea mundi ruina ſiet vniuersalis. Et ſedm Apo- ſtolum Christus tradet regnū deo patri, cum euacuauerit omnē principatū, & po- 1. de tri. 8 testatē, & virtutē. Oportet aut̄ Christū regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius, prout Auguſtinus determinat in libro de Trinitate, pſecutores enim Christi

**S.c.62. §.9.** Christi & ecclesiæ, eotunc penitus perdentur.

V § Porro in septimo ecclesiæ statu implebitur sententia apostoli dicētis: Relinquetur sabbatis mus p[ro]p[ter]e alio dei, & oportet dari fidelibus pacem & regnum

Hebr. 4.

**S.co. §.3.** pacis, sublatis vniuersis aduersarijs Christi. Consummati[us] em̄ diebus luctus ele-  
ctorum suorum, adducet tempus pacis & innocentiae ac scientiae, quoniam fide-  
les vincet infideles. Perhibetur nāq[ue] septimus angelus, id est ultimi prædicatoris post interitum Antichristi secure cōtionantes, effudisse phialam suam in aerē

Apoca. 16

**S.ca.62. §.9.** id est, in dæmones inibi habitantes, & facta sunt fulgura scripturarum & voces

Alia exposi-

**S.c.46. §.1.** sermocinantium & tonitrua comminationum, quibus reuocabuntur peccatores

tio.

**S.c.62. §.9.** & terræmotus factus est magnus qualis nunquam fuit, quia homines à terrenis

mouebuntur ad cœlestia seu ad poenitentiam. Et fracta est ciuitas magna, id est,

cōgregatio iniquorum, & ciuitates gentium ceciderūt, & incipiet regnū dei.

VI § Ulterius in septimo seculo doctore nō erit opus, quoniam quilibet scripturas tūc facile intelliget, præcepta q[ui] dei sponte obseruabit. De hoc Esaias: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini, & fluent ad eū omnes gentes & dicent, venite, ascendamus ad montem domini, & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exhibit lex & verbū domini de Hierusalem. Similiter apostolus inquit: Nolite ante tēp[er]us iudicare quousq[ue] ventat dominus, qui illuminabit abscondita tenebras, & manifestabit cōfilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a domino.

Esaiæ. 2.

Cap. 4.

Apoca. 18

**S.ca.5. in fi.** Cæterum in Apocalypsi scribitur: Post bellum agni contra Anti-

christum, descendit angelus de celo habens potestatem magnam, & terra illu-

minata est à gloria eius. Eo tunc enim secundum Vbertinum elucidabitur intelli-

gentia Apocalypsis, & aliarum prophetiarum, quo ad secundum Christi aduen-

tum. In quo non solum persequentes ecclesiæ supp[er]imentur, sed etiam iusti illu-

minabuntur. Ait enim Esaias: Ecce deus noster ultionem adducet retributionis,

deus ipse veniet & saluabit eos, tūc aperientur oculi cæ corum & aures surdorum

patebūt. Et infra: Ego ante te ibo & gloriosos terræ humiliabo, & dabo tibi the-

sauros absconditos & archana secretorum, ut scias quia ego dominus. In nouissi-

mo dierum intelligetis ea.

Esaiæ. 35

Esaiæ. 48

Hiere. 30

**S.ca.63. §.6.** VIII § Præterea sol sapientiae Christianæ tūc erit in septuplū lucens. i. elu-

cidatus sicut lux septē dier[um], vt pote tempore septimi status. Vnde idem Esaias:

Apoca. 10

Erit lux lunæ, sicut lux solis, & lux solis erit septupliciter, sicut lux septem dier[um].

Ad idem in Apocalypsi: Facies septimi angeli erat vt sol, quia in futuro septimo

seculo contemplatio & notitia scripturar[um] splendescet, ac adeo illuminabit homi-

nies, ut veritas clarescat tanq[ue] sol.

Esaiæ. 30

**S.c.63. §.1&c.** IX § Ad p[ro]missa faciūt verba Ch[risti] discipulis suis dicētis. Multa fabeo vo-

bis dicere, sed nō potestis portare mō. Cum aut[em] venerit ille sp[iritu]s veritatis, vt pote

Iohan. 16

in statu sp[iritu]s sancti, docebit vos o[mn]i[us] veritatē. Et intra: Hæc in prouerbijis loqua-

Iohan. 16

tus sum vobis. s. tpe primi status, tpe aut[em] septimi status, veniet hora cū iam nō in

prouerbijis. i. similitudinib[us] loq[ue]t[ur] vobis, sed palā de p[re]ce meo annūtiabo vobis. q.d.

Lucæ. 8.

Tūc nō erit parabole seu similitudines q[ui] ho[me]s illuminabūt. Nihil q[ui]p[er] ab-

Matt. 10

scondit[ur] quod nō manifestetur, neq[ue] occultū quod nō veniat in palam. Inter illa

Marci. 4

multa, quae Chr[istus] habet nobis dicere, etiā illā diē & horā secundi aduentus Christi

Mat. 24.

(quā p[re]ter deū scit nemo) Augustinus intelligit cōprehēdi. Quādū em̄ serui su-

i. de tri. 12.

mus huius mūdi, altiora de deo capere nō possumus, q[ui]m carnalis homo nō percipi-

1. Cor. 2.

pit ea q[ui] sunt sp[iritu]s dei. Quocirca Christus ad discipulos inquit: Iam, s. in sta[bi]lū sp[iritu]

Iohan. 15

sancti, nō dicā vos seruos sed amicos. Seruus em̄ nescit voluntatē dñi sui. V os au-

tem dixi amicos, q[ui] ornia que audiuī a patre meo, nota feci vobis. Rursus Augu-

stinus: Licit Chr[istus] ea non dū nota fecerat discipulis, tñ certissime ac oportuno

tempore, vt pote in futuro septimo ecclesiæ statu, id facturus erat, ideo in p[re]te-

rito loquutus est ob futuror[um] certitudinem.

1. de tri. 12.

X § Hinc Vbertinus sedulo inquit: Sicut in primo mūdi statu, videlicet à Vbertinus.

creatione mūdi usq[ue] ad nativitatē Christi, successiue crevit doctrina fidei & illu-

minatio scripturar[um] ac maior expressio prophetiar[um] de Ch[risto] clarior q[ui] veteris le-

gis ex-

DE TRIPLOCI STATV TOTIVS MUNDI, &c.

gis explicatio, sic in secundo mundi statu, id ē, tēpore gratiæ & noui testamenti,  
magis ac magis illuminat, & explica Christiana veritas: ergo in tertio mundi statu,  
s. à secundo Christi aduentu usq; ad finē mudi, per influentiā spiritus sancti scri-  
ptura sacra apertissime patebit. Nam sicut nouū testamentū est porta veteris testa-  
menti, sic iste status spiritus sancti est generalis porta vtriusq; testamenti; qd hūc  
sequetur octauus status qui est gloriæ sempiternæ

XI § Demū in illo septimō statu finieſ carnalis ecclēſia, quæ prius maxi-  
me in præſentibus quinto & ſexto ſtabiſ carnalitatē terrenæ viṭe ſecuta, tūc ſpi-  
ritualē ſequit̄ vitā, in qua ſumme pſicieſ ecclēſia. Siquidē Iudæi & omnes tribus Is-  
rael vna cū cæteris gentibus totius terræ orbis ad fidē Christi conuertent̄: Teste  
§ c. 61. §. 9 et  
I. c. 67. §. 1

Roma.ii  
Esa.59.adfi.  
Deute.4.&  
ca.30.  
Augusti. ad  
Esichium  
Psal.18

Psalmi. 18. summatio: Quæ in huiuscemodi septimo statu apparebit, & quā Psalmista præui  
Mat. 26. dit, dicens: omnis consummationis viæ finem.

XII § Porro omnis ecclesia status pro hominum fragilitate passus est defetera Lamec, ut etiam numerus malorum fuit de honoris in statibus suis oulis quoniam styl

Ecc. 1. *tunc amplior utiq; numerus malorum fuit q; bonorum in statibus singulis, quoniam stul  
torg; infinitus est numerus. In ipso autem statu pacifico prae sumit fore ampliore feuer va  
lidiorum honorum, cumque malorum multipliatur, i. summae etiam ampliorum.*

Apo.21. lidiorē bonorē, quām malorē multitudinē seu potentia potissime respectu quinti & sexti status Babylonicae mērētricis, que in adulterijs alijsve maleficijis iactabat

**Esa. 62** *Eccl. 2. 8 & 11* **S. c. 62. §. 9.**  
**Hiere. 2. 8 & 11** **S. c. 50. §. 8.**

**¶** *ta ei ornamenti sui, & fascia pectoralis lux, ac in domo dei fecit scelerata multa, nec non adulterino coitu iuncta est peruerfitatis mystici Antichristi. Tēpore tandem magni Apri Christi 155 ecclesia magis erit in summo malitia proscriptio, unde ergo*

magni Antichristi ipsa ecclesia magis erit in summo malitia precipitio, unde gra  
uissimo lapsu funditus ruet. In septimo tamen itatu restaurata ulterius pace & tran-

quillitate frueſt, ligato ſatana: Qui interim ad modicū tps rurſus ſoluet cū crudeli-  
tate acerbiori. Nam cū apertū eſſet septimū ſigillū, factū eſt silentiū in cœlo, id eſt

tate acerbiori. Nam cu apertu etet septimum ingulū, factu est silentium in cœlo, id est & I. c. 98. §. 6  
in ecclesia militatē, quasi media hora, qua repentina pacis interruptio significat p  
Gog patrāda. De hoc sensim ecclœ statu plurā dicentur infra. Nota his stœry  
I. c. 69. pto.

Gog patrada. De hoc septimo ecclesi<sup>is</sup> statu plura dicentur infra. Nota, hic status specialiter nūcupat septimus ecclesi<sup>is</sup> status, sed generaliter totius mūdi est tertius statu<sup>s</sup>. Ceteris in aliis statu<sup>s</sup> sicut in aliis in aliis.

status. Gerit enim imaginem spiritus sancti & futurae beatitudinis sempiternae. Ideo eiusdem mundi triplices status hic describendus est.

De triplici statu totius mundi, & de cena dei triplici.  
Capitulum LXVII

Capitulum LXVII.

**Coloss. i** status vno Christi aduentu, & cū vna eius cena concludit: Mundus enim in primogenita dei imagine conditus est, imago dei patris & filii & spi-

Hiere. 31. **P**rimogenita dei magne conditum est, imago dei patris & filii & spiritus sancti. Primus mundi status censem est esse dei patris, cuius sola persona a Psalm. 75 mundi creatione usque ad nouum testamentum innouuit in Israele, cui dicitur factus est pa-

**Psalm. 75.** mundi creatione vijg ad noui testamētū innotuit in Irael, cui dñs factus est pa-  
**Iohā. 17.** ter, quia notus in Iudæa deus, quem mūdus non cognouit. Fuit aut̄ iste factus pri-  
**Apo. 1.** mus tribus legiōnū nūralis & scriptr̄ ab eo p̄ nob̄is successivis annis.

Apo.4 mus tib⁹ legis naturalis & scriptæ, q⁹bus tēporibus successiue claruerunt duodecim patriarchæ, totidemq⁹ prophetæ tanquā vigintiquatuor seniores. In eodem

etiam patet, ut, &c. p. Specia talia quae iniquiatus interiles. In eodem  
quoque primo generali statu transferunt sex primae aetates usque ad finem veteris te-  
stamenti, quod conclusum & adimpletum est cum primo Christi adventu, nec non cum  
ad. y. o. c. 1.  
eodem. §. 2.  
§. c. 9. §. 7 &

Matth.26 itramen, quod concilium & ac complectum est cu primo Christi aduentu, necno cu  
prima cœna, quā Christus cum suis discipulis celebravit in grām redēptionis. Et  
Romā 6 non dicit prandii sed cœna passionis, quia postē ferme passus est non ut cœna.

Roma.6 non dicit prandium, sed cena passionis, quia postquam semel passus est, non iterem patietur, & I. co. §. 10 iam non moritur, mors illius ultra non dominabitur.

I § Primus itaq; mundi status, id est, vetus testamentum finitur, ac secundus generalis status, id est, nouum testamentum inchoatur in illa prima Christi cœ

<sup>5.</sup> Matth. 26. <sup>6.</sup> eo, in pri.  
Graecis. <sup>7.</sup> 1 Cor. 11. 25.

Gregori⁹ in Homel. dñs per ius seruos. Est autem figurata quando rex Darius fecit cœnam magnam ſ. c. 15. §. 25. omib⁹ ſuis ſubdit⁹, qui cum manducarent, tūc rex aſcedit in cubiculo ſuo, id est, & J. eo. §. 6.

influma

- in humanitate vbi cubavit deitas, ascendit ad crucē, & dormiuit ac soporatus est moriendo, & exergufactus resurgendo. Hinc in Iohanne scribitur. Cœna scilicet prima facta surgit Christus ē cœna, vt pote a morte suscitatus. Non dū autem venit Iesus vt renouet vel vt iudicet, sed vt saluificet mundum. Præterea respōdit, desiderio desiderauit hoc pascha māducare eō vobiscū aīq patiar. Dico em̄ vo  
**S.c.64. §.7.** bis, qā ex hoc māducabo illud donec impleatur in regno dci, quasi dicat, quando  
**S.c.62. §.4.** in ecclesia militē & aluererit plenitudo gētium, tūc alteram celebrabo cœna, iu-  
**& S.c.60. §.2.** dicando seu reformando ecclesiā peruersam. Hæc erit secūda cœna, quām Chri-  
**S.c.60. i prin** stus celebrabit in fine secūdi status mūdi.  
**S.c.62. pr.** II §. Et sicut primus mūdi status includit sex ætates, ita secūdus status currit  
**& S.c.65. §5** per sex ecclesiæ tēporæ, vt pote à primo statu apostoloe, vñq ad finē sexti status,  
**S.c.61. §.11.** id est, vñq ad interitū magni Antichristi. Præterea idem secūdus mūdi status cē-  
**infī.** setur esse dei filij, cuius persona incepit mūdo innotescere tēpore noui testamē-  
**J.eo. §.3. & J.** Hinc saluador inquit: Nūc clarificatus est filius hominis, vos videtis me qāē go  
**c.68. infine.** viuo, in illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo. Intertio tādem statu  
**Christus hominibus magis innotescet. Rursus quemadmodū primus mūdi sta-**  
**S.c.57. §.9** tus dicitur legis ita iste secūdus est gratiæ, in eo em̄ clarēt apostoli, martyres, do-  
**ctores, Anochoritæ, Confessores aliq̄ electi tāquam seniores, quibus apud deū**  
**S.c.60. §.6** intercedentibus plurimum gratiæ sortitur ecclesia militans. Concluditur autem  
**J.c.70. §.4** huiusce status secūdus cum secunda dei cœna. Quam quidem dominicam cœ-  
**S.c.19. §.15** nam iam non est manducare, sed post Christi secundum aduentum eam mandu-  
**& S.c.52. §.9** cabunt electi. De quibus in Apocalypsi: Beati qui ad cœnam nuptiaḡ agni voca-  
**16. & S.c. eod.** ti sunt, scilicet ad gratiæ renouationis, quando Christi secūdus aduentus illustra-  
**§.1.** bitur, tunc em̄ iudicium & renouatio erit ecclesiæ & princeps huius mundi, scili-  
**S.c.61. §.11.** cet Antichristus & diabolus ejcietur foras.  
**in prin.** III §. Tertius deinceps mūdi status (qui voca pfectiōnis) incipiet post An-  
**S.ca.17. §.1.** tichristū, vt pote à pditione Enoch & Helie ac à dicta Christi secūda cœna,  
**S.c.60. §.2.** seu aduētu scđo, & decurrit p septimū ecclesiæ statū, durabitq; vñq ad extremū  
**in prin.** iudiciū. Et secundū Bernardū est illud conuiū, de quo infra dicet. Idem quippe  
**J.ca.69. §.6.** tertius mūdi status attribuitur personæ spū sancti, qui à patre & filio cōcorditer  
**S.c.61. §.2.** spiratur. Et proprie est spiritus veritatis, qui cū venerit, docebit homines omnē  
**S.c.66. §.9.** veritatem. Quam hic mundus in secundo suo statu non potest aēcipere, quia nō  
**in prin.** videt spiritum sanctum nec scit eum, quoniam animalis homo mundum diligē  
**S.c.64. §.1.** non percipit ea qua sunt spiritus dei. Ab electis autem spiritus sanctus cerni po-  
**S.c.66. §.9.** test. Nam saluador ait: Ego rogabo patrem & aliū aduocatū dabo vobis, vt me  
**S.eo. §.2** neat vobiscum in ēternū. Talis forsan intellegitualis visio apprehēdetur in ter-  
tio mūdi statu, quia tūc clarius quām nūc aperietur veritas, qua hominē imbuti  
filium magis intelligent ac spiritū sanctū facilius accipiēt & videbūt atq; cognoscent. Hinc in euangelio subiūgitur, vos aut, vt pote electi in tertio generali statu  
futuri, cognoscetis eum scilicet spiritū sanctū, quia apud vos manebit & in vobis  
erit, quasi diceret, tum persona, tū & opera eiusdē spiritus sancti manifestius cla-  
**S.c.66. §.9.** refcēt. Siquidē veniet hora, quādō nō in similitudinibus, sed manifeste de patre  
**J.eo. §.5.** nūtiabit nobis Christus. Tūc em̄ incipiet regnū dei & clare splēdescet intelligē-  
**S.ca.66. §.8.** tia sacrae scripturae, vt supra notatū est.  
**S.c.66. §.11.** III §. In ipso tertio mūdi statu Iudæi om̄nes fide versimbuētur, ait em̄ do-  
**& S.c.68. §.6** minus: In tēpore illo ero deus vniuersis cognitionibus Israēl, & ipsi erūt mihi in  
populum, vnde saluador facta cœna deposita vestimenta sua, id est priorē assump-  
ptam infirmitatem carnalem, & præcinxit se lintheo, id est, eadē carne immor-  
tali. Et postq; lauit pedes discipulorum, accepit vestimenta sua, id est, filios Israēl (q̄s  
antea fide nudos deposita) in fine seculi ite fide induitos reasumet. Præterea to-  
**J.ca.68. §.9.** tus vniuersi orbis populus ad deū conuertetur. Quæ erit ultima cōuersio, in qua  
**& S.c.69. §.9** per masticationem scripturae mortificabitur & deuorabitur carnalis vita vt spi-  
ritualis vivificetur. Ideo nūcupatur cœna magna dei, quoniam angelus stans in so-  
le clamat dices om̄ibus aubus, id est cōtemplatiis, qui volat per medium cœlitū.  
**J.c.68. §.5** Venite & congregamini ad cœnā magnā, vt manducetis carnes regū & fortium  
& equorum

Psal. 3  
Iohan. 15  
Iohā. 12. & 3  
Lucæ. 22

Iohā. 15. 14

Apoca. 4

1. Cor. 11

Apoc. 16

Iohan. 12

Aug. 7. de  
tri.

Iohan. 16

Iohan. 14

1. Cor. 2

Aug. 1. de 13,

8.

Iohan. 14

Iohan. 14

Iohan. 16

Iohan. 16

Iohan. 16

Iohan. 15

Iohan. 15

Apoca. 19

## DE GOG ET DE DECEM TRIBVBVS ISRAEL.

- & equorum & carnes omnium. Per hoc significatur, q̄ reges & omnes maiores & *I.eo. §.6*  
 Acto.10 minores totius populi humani, eotunc Christo incorporakunt. Quod pariter si-  
 gnificatum est in figura Petri, qui vidit in vase vīseō quadrupedia, & serpentia,  
 & volatilia. Cui dicitur, occide, & comedē.
- Luca.15** V § Magno deniq̄ gaudio reficien̄ electi de conuersione Iudaeorum,  
 Apo.14. & omnium gentiū, quoq̄ vocem Iohannes audiuit, sicut citharēdoꝝ citharizan-  
 Apo.15 tum in citharis suis, & cantabāt quasi canticum nouum. Erant quoq̄ cantātes can-  
 Apo.19 ticum Moyſi, id est, veteris testamenti, & canticum agni, id est, noui testamenti, *I.c.69. §.8*  
 quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu dei, & dicent: Quoni- *S. go. §.3. &*  
 am regnauit dominus deus noster om̄nipotens, gaudemus & exultemus, & demus *I.c.69. §.11*  
 gloriā ei, quia venerunt nuptiā agni.
- Cath. Senē.** VI § Insuper tertius vniuersi mūdi status erit quietis temporalis & figu- *S.c.66. i pri.*  
 rā paradisi coelestis, & gloriā sempiternā. Conclūdet deniq̄ & consummabit *& I.c.69. §.5*  
 c.78. & c.95 cum tertio aduentu Christi ad extremū iudiciū venturi, nec non cum tercia cœna,  
 circa me, quæ erit beatitudo infinita, cœlestis ac æterna. Huius cœlestis cœna mēla est crux  
**Luca.22** Christi, vel potius deus pater suꝝ diuina bonitatis dulcedine, filius autē est verus  
 cibus, cui beati incorporant, spiritus quoq̄ sanctus eiusdem cœna minister est. *S.eo. §.4*  
**Luc.14** Ecce quām lautissimum cōuiuum. *P*ec quo saluator ait: Ego dispono vobis, sicut  
**Matth.28** disposerūt mihi pater meus regnū, vt edatis & bibatis super mensam mēam in regno *I.ca.69. in fit*  
**1.Timo.2** meo, & sedeatis super thronū iudicātes duodecim tribus Israel. Illa est cœna ma- *S.eo. §.1*  
 gna quam fecit quidam homo vt pote Iesu Christus. Et est vltima elector̄ refe- *S.ca.57. §.5*  
 ctio, ad quam multos vocauit deus om̄nipotens, qui om̄nes vult saluos fieri, sed proh *S.c.33. §.10.*  
 dolor pauci sunt electi, quoniam nemo illoꝝ (qui vocati se excusat, id est nō ob- *S.c.17. §.21.*  
 sequuntur) eandem gustabunt cœnam.
- Ioh.14** VII § Porro in hūsmodi tertio statu diabolus ligabit, vt ecclesia bo- *& I.c.69. §.7*  
 nam pacem & tranquillitatem obtineat, quæ pax licet modico interuallo, inter- *S.c.66. §.12*  
 & *J.c.25. §.12* rumpet per Gog, & suū regem diabolum iteꝝ solutū, quo siet ecclesia tempora- *& I.c.68. §.3*  
 nea molestatio, tamē eidem efficax nocentū non inculcabit. Nam saluator in- *S.c.66. §.2.*  
 quit: Venit enī princeps mūdi huius, sed in me nō habet quicquām. De ipso igitur  
 Gog quādam scriptā modo discutiāmus.
- Methodius** ¶ De Gog, & de decem tribubus Israel. **Cap. LXVIII.**
- 4.Esd.13** S Criptura multiphariam loquitur de inclusione quorundam hominum cru- *I.eo. §.5.*  
 delium, Methodius in primis reuelat, quomodo ad Alexandri magni ob-  
 securationem deus in vberibus Aquilonis, hoc est, in montibus Caspijs, cō-  
 clusit Gog, & Magog vnā cum alijs vigintiduo bus regibus ac gentibus. *S.c.49. i pri.*  
 Quod aliqui de Turcis intelligere volunt, Esdras quoque describit, decem tribus *I.eo. §.10.*  
 Israel esse inclusas, vt statim dicam.
- Ezech.38** I § Gog vero cū suis gentibus in nouissimis tēporibus, videlicet post tpa-  
 Antichristi, exiet in terram Israel, prout dñs in Ezechiele inquit: In illa die ascen-  
 det indignatio mea in furore meo, & in zelo meo. In igne irā meā locutus sum, qa- *S.c.62. §.16*  
 in illa die erit commotio magna sup terram Israel, id est, Christianoꝝ. Et paulo *& I.eo. §.14*  
 post: Ecce ego ad te Gog principem: In nouissimi anno v̄enies ad terrā s. Israel  
 ascendēs aut̄ quasi tempesta v̄enies & quasi nubes, vt operias terram tu & omnia  
 agmina tua & populi multi tecum, v̄enies ad quiescētes habitatēs & seculo, in no- *S.c.58. §.5.*  
 uissimis diebus eris, & adducam te super terrā meam. Tu ergo ille es, de quo locu-  
 tus sum in diebus antiquis in manu prophetar̄ Israel, qui prophetauerūt in diebus  
 illoꝝ tempore vt adducerem te super eos. Et infra: Hęc dicit dñs: Ecce ego sup te  
 Gog principem capitis Mosoch & Thubal, & circuagam te, & educam te, & ascē-  
 dere te faciā de lateribus Aquilonis, & adducam te super montes Israel. Similiter *I.eo. §.5*  
 & tyraonus proxime futurus v̄eniet ab Aquilone. *S.c.41. §.1*
- Ezech.39** II § Tertium itaq̄ & vltimū v̄æ ecclesiæ post Antichristum veniet cito, *S.c.63. §.4.*  
 durante adhuc cauda sexti status, persecutio enī Gog & alioꝝ tyrannoꝝ suorum *I.eo. §.6.*  
 (tametsi sit concurrente septimo ecclesiæ statu) ascribit tamē sexto statui, quia di- *S.c.55. §.12*  
 citur: In septima nō tanget te malum. Nam sicut synagoga in cauda primi status *S.c.66. §.5.*  
*S.c.6. §.5.* mundi, & veteris testamenti ac post primū dñi aduentū, tpe noui testamenti, vlti-  
 mam

C A P I T V L V M . L X V I I

Fo. CXXI.

**S. c. 64. §. 4.** *mam perseguitionem passa est in destructione ciuitatis Hierusalem per Titum facta, ita in cauda secundi st̄atus mundi, post secundū Christi aduentum ecclesia patietur ultimā perseguitionem à Gog & à suis satellitibus, de quorum bestiali-  
**S. c. 65. §. 7.** *tate Sibylla vaticinata est pleraq; horrenda.**

**III** § De eorum autem tyrannide habetur in Apocalypsi, vbi narratur: Cū Apo. 20 consummati fuerint mille anni, id est in ultimo statu seu millenario, soluetur Satanus de carcere suo, modico tamen tempore, & exhibit & seducat gentes quae sunt super quatuor angulos terræ Gog & Magog, & congregabit eos in præliu, quo rum nurserus est sicut harena maris, & ascendent super latitudinem terræ & circumuerunt castra sanctiora & ciuitatem dilectam.

III § Et quāmuis Augustinus per Gog atq; Magog non intelligat alii  
quos barbaros in aliqua parte terrarum constitutos, sed per Gog odium malorum  
rum tectum, & per Magog detectum interpretetur, toto nanḡ orbe terrarum  
maleuoli significati sunt, cum dicitur, gentes quae sunt in quatuor angulis terrae,  
quorum numerus est sicut harena maris, & per ciuitatem dilectam intelligit Au-  
gustinus sanctam ecclesiam toto terrarum orbe dispersam. Tamen propter re-  
petitam Ezechielis prophetiam & Methydi⁹ reuelationem, per Gog dictæ gen  
tes inclusæ intelligi possunt, quæ vñā cum alijs odiosis hominibus vbiq; (iuxta  
Augustini arbitrium) diffusis, ecclesiam persequentur in ultima persequeutione ty-  
rannica, nouissimo iudicio imminentे. Ad idem deseruit illud Apocalypsis: Et  
vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo, scilicet Gog &  
Magog, similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ, id  
est Antichristi omnem faciebat, & fecit inhabitantes terram adorare bestiæ pri-  
mam, vt pote idolum diaboli, dicens habitantibus in terra, vt facerent imaginem  
bestiæ quæ haberet plagam gladii, & quicunq; non adorauerit imaginem bestiæ,  
occidatur.

V § Insuper Methodius prosequitur, dicens: Postq; fuerit pax magna in fine seculorum, tunc reserabuntur portæ aquilonis & egredientur virtutes gentium illarum, quas (ut præmittitur) inclusit Alexander magnus, & concutiet omnis terra à conspectu eorum & expauscent homines, & fugientes conterrati abscondent se in montibus & speluncis & monumentis, & mortificabuntur à timore & corripientur præ pauore quamplurimi, & non erit qui corpora sepeliat, gentes namq; que exient ab aquilone, comedent carnes hominum & bibent sanguinem bestiarum sicut aquam, & corruptent terram, & nullus erit qui possit stare contra eos. Vnde altissimus ad Ezechiem: Dic omni volucri & vniuersi aubus, cunctisq; bestijs agri: Conuenite, properate, cōcurrите vndiq; ad victimam meā quā ego immolo vobis, victimā grandem super montes Israel, ut comedatis carnes & bibatis sanguinē, carnes fortius comedetis & sanguinē principū terra bibetis, arietum & agnōrum & hircorumq; & altiliū & pinguiū omnium. Idipsum Ezechielis elogium inducit Methodius de Turcis.

**VI § Gog** aut erit ultimū ecclesiā flagellū sequens tyrannidē Antichristi.  
Et secundū Thelophorū est octaua bestia syle qua scribitur: Bestia quam vidisti  
fuit & nō est, ascensura est de abysso & in interitū ibit, & mirabuntur inhabitan-  
tes terrā, yidentes bestiā quę erat & non est. Deinde subdit: Et bestia quę erat &  
nō est, & ipsa octaua est & de septē est & in interitū vadet. Eadem octaua bestia  
erit cauda Antichristi, post cuius mortē, licet fiat pax & quies in ecclesia mā dicit̄  
& cū aperuiisset signū septimū, factū est silentiū in cœlo, i. in ecclesia militāte, me-  
dia hora ad denotandū tēporis breuitatē) tamen postmodū veniet Gog tanq̄ re-  
pentina tēpestas ad persequendum ecclesiam & Iudæos nuper ad fidem nouiter  
conuersos & in Hierusalem ex diuersis mundi partibus congregatos.

VII § Et secundū Ioachim, incursus ipsius Gog corresponebit cōflictui Ioachim Antiochi, qui ante primū Christi aduentum fuit vltimus synagogæ perseguitor. Item Antichristus erit maximus ecclesiæ perseguitor ante secundū Christi aduentū. Ita & Gog erit vltimus ecclesiæ perseguitor ante tertii seu extremitati Christi aduentū. Exin p̄sumendū, sicut contra Antiochū Machabēj, & contra  
§.ca.62, §.3 X Antic.

## DE GOG ET DECEM TRIBVBVS ISRAEL.

- Antichristū Enoch & Helias, vel potius ipse Christus per se, sunt à deo destinati, sic aduersus Gog Iesus Christus strenuos Machabeos præparabit vel alias eū perdet, quemadmodū Antiochus extinctus est. Post eius Gog interitus, Christus ad extremū iudicium veniet tanq̄ triumphator omnia discussurus. Cōgregabit eñi quasi harenā captiuitatem & ipse de regibus triumphabit, expolians principatus & potestates traducet confidenter, palam triumphans illos in seipso.
- 2. Macha. 9.** I.eod. §.14  
§.c.40. §.8
- Abacuc. 1.** §.c.65. §.8.  
& I.eod. §.8
- Coloss. 2.**
- Apo. 12.** §.c.55. §.12
- Apo. 17.** §.eod. §.6.  
§.c.7. §.4.
